Ex hiis uerbis clarè poteſt colligi, qualis uita, & quale hoc gaudium futurum ſit, quo in uita æterna perfruemur. Videlicet: Quod Deum hiſce noſtris oculis, in hac carne noſtra, ſed glorificata intuebimur, & perpetua conſuetudine Dei patris, filij, Spiritus ſancti, & omnium angelorum & piorum perfruemur.

Item, quod uidebimus Deum ſicut eſt, h. e. interiorem eius naturam cognoſcemus, eiuſq; diuinam

Maiestatem & gloriam cernemus coram. Tum demum perfectè cognoscemus, quomodo Deus per filium omnia creauerit.

Item quomodo duæ illæ naturæ in una persona Christi unitæ sunt. Cumulabit hoc gaudium illa uoluptas, quam ex consideratione omnium creaturarum & operum Dei in cœlo & in terra percipiemus. Item illa dulcißima agnitio, conuersatio, & mutua beneuolentia omnium piorum. Illa suauißima colloquia de Deo, de nostra creatione, redemptione, liberatione, & glorificatione nostra.

Quantam enim illam uoluptatem fore existimas, quod cum primis nostris parentibus, cum S. Patribus, Prophetis, Apostolis, Martyribus, & cum omnibus pijs: Adde cum tuis parentibus, fratribus, cognatis, uxore, liberis colloqui & conuersari perpetuo licebit. Exuperat hæc res omnem captum humanum. Ach es leſſet ſich nicht weder mit worten noch mit gedancken erreichen / was das für ein freud ſein wird. Hanc dulcißimam consuetudinem Dei, Angelorum & piorum, Christus hic uocat Delectationes in dextera tua.

Huius igitur futuri gaudij spe ac expectatione sustentent se pij, qui in hac uita multis horribilibus calamitatibus, ac ærumnis premuntur, semperque oculos cordis ab his ærumnarum spectris referant ad uitam perpetuam, ubi hoc cumulatum gaudium illis paratum est. Incredibile est enim quantopere hæc cogitatio futuræ illius uitæ & gloriæ ani animum afflictum erigat & tranquillet. Videlicet breui futurum eſſe, ut gloriam Chriſti uiſuri ſimus, Ioan. 17. Vt uere dixerit Apoſto: Non ſunt condignæ afflictiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.

Rom. 8. Pudeat nos noſtræ mollicieí, qui cum tot ampliſsimis conſolationibus obruimur, tamen ita impatientes ſumus in noſtris afflictionibus, quæ ſunt faciles & momentaneæ, 2. Cor. 4. Quid enim ſunt uniuerſæ calamitates omnium piorum, ſi ad futuram illam glorificationem electorum conferantur.

Eiuſmodi cogitationes inſerendæ ſunt teneræ ætati, in primis uero inculcandæ ſunt illis, qui triſtiſsimis caſibus ac ærumnis oppreſsi ſunt. Ita demum fiet, ut & ærumnæ illis tollerabiliores reddantur. & deſiderium æternæ uitæ, & gloriæ, in illis accendatur, & creſcat.

Hanc uberrimam conſolationem hic extremus uerſiculus complectitur. Reliquum eſt, ut hunc Pſalmum non modo ſæpiſsime legamus, ut indies illum melius intelligamus, ſed etiam ut doctrinam & conſolationem eiuſdem ad uſum transferamus.

PSALMVS XVII.

EXaudi DOMINE iuſticiam, intende deprecationi meæ, auribus percipe orationem meam, non in labijs doloſis.

DE uultu tuo iudicium meum prodeat,
tui uideant æquitatem.
Probaſti cor meum & uiſitaſti nocte, igne
examinaſti, & non eſt inuenta in me iniq
tas, Statui ut non transgrediatur os me-
um.
Ab operibus hominum, in uerba labioru
tuorum ego obſeruaui uias latronis.
Suſtenta greſſus meos in ſemitis tuis, ut no
moueantur ueſtigia mea.
Ego clamaui ad te, quoniam exaudies me De-
us. Inclina aurem tuam mihi, & exaudi u
ba mea.
MIrifica miſericordias tuas, qui ſaluos fa
ſperantes in te, à reſiſtentibus dexteræ tu
CVſtodi me ut pupillam oculi, Sub umb
alarum tuarum protege me.
A facie impiorum qui me afflixerunt, & in
micorum meorum qui animam meam c
rcundederunt.
Pinguem eorum concluſerunt, os eorum loc
tum eſt ſuperbiam.
In greſſibus noſtris nunc circundederunt
oculos ſuos ſtatuerunt, ut proſternant no
in terram.
Sicut leo paratus ad prædam, & ſicut catulu
leonis habitans in abditis.
EXVRge DOMINE, præueni eum & ſup
lia eum, eripe animam meam ab impio, f
mea tua.

Ab uiris manus tuæ DOMINE à uiris huius
ſeculi, portio eorum in uita, & theſauris tuis implebis uentrem eorum, ſaturabuntur
filijs, & reliquias ſuas relinquent liberis ſuis.

Ego autem in iuſtitia uidebo faciem tuam, Satiabor cum euigilauero ad ſimilitudinem
tuam.

ARGVMENTVM.

HIC Pſalmus eſt προσευχετικὸς, in quo Propheta non modo in ſua, ſed etiam in perſona omnium piorum Doctorum, imò totius Eccleſiæ orat, ut Dominus ſibi adſit, ac miniſterium ſuum fœliciter gubernet, contra impugnationem ac perſecutionem hypocritarum & Pſeudoprophetarum, qui piorum mentes à ſana doctrina abducunt præſtigijs ſuorum dogmatũ. Egregiè autem illos pingit ſuis coloribus uidelicet: Quod ipſi omnia ſua conſilia, ſtudia, & dogmata huc dirigunt, ut in ocio & pace ſuauiter ac delicatè uiuant, opibus, honoribus ac uoluptatibus diffluentes. Facit autem illuſtrem collationem fortunæ piorum & impiorum Doctorum. Et quanuis iſte Pſalmus propriè ad pios doctores pertineat, tamen ad pios etiam auditores & confeſſores purioris doctrinæ Euangelij referri poteſt. Porro priores duo uerſiculi ſunt ueluti argumentum totius Pſalmi.

Exaudi Domine iuſtitiam.

Vocabulum iuſtitiæ non ſignificat hic propri
am, ſeu perſonalem iuſticiam, ſed iuſtitiam publ
ministerij: Quaſi dicat: Tu noſti Domine cauſa
meam coram te iuſtam eſſe, non enim meum, ſed tu
um hoc eſt negocium quod gero. E contra uero, ad
uerſariorum meorum cauſam noſti iniuſtam eſſe.
Oro igitur, ut cauſam meam, imo, tuam ipſam cau-
ſam ſuſcipias, agas, & tuearis.

Cauſa, cur Propheta ſic oret, eſt iſta: Quia d
ctrina & cauſa impiorum doctorum magnam ſe
per habet ſpeciem coram ratione humana. Hinc
cedit applauſus uulgi, Regum ac Principum ſau
& gratia. Poſtremo & fœlicitas impiorum, Ecõ
tra piorum doctrina & cauſa coram Mundo i
nullo ſunt precio: Quia mundus clamat eos blaſ
phemos, ac ſeditioſos.

Auribus percipe orationem meam.

Petit ut Deus ſumma attentione & clementi
orantem ſe reſpiciat & exaudiat. Ita enim uere i
uocantem cogitare oportet: Deum ſumma uolun
tate & uoluptate ſe exaudire, & preces ſuas at
tendere. Das er jn mit allen gnaden/ vnd fleiſ
ſe zuhöre/ & ſic beneuolentiam à perſona Dei ca
ptat.

Non in labijs doloſis.

Hoc eſt, ex animo, & uera cordis ſimplicitate,
in fide te inuoco. Es iſt mein rechter ernſt/ on

weiſtu mein [illegible] orationem ſuam declarat per Antitheſin, docens qualis ſit hypocritarum oratio, uidelicet, quæ fit in labijs doloſis, id eſt, quæ propriæ iuſtitiæ & dignitate nititur. Econtra uero quod piorum oratio ſolo uerbo Dei nititur, & ex uera cordis humilitate ac fide proficiſcitur. Es gehet von grunde des hertzens.

Oratio quæ fit in labijs doloſis eſt duplex.

I. Altera hypocritarum, ſeu iuſtitiariorum, qui propriæ iuſtitiæ & dignitatis fiducia tumentes, Deum inuocant: Qualis deſcribitur Phariſæus ille Lucæ, 18.

II. Altera eſt eorum qui ad ſtatuas idolatricas Deum inuocant, utrorumq; oratio eſt peccatum. Quicquid enim non eſt ex fide, peccatum eſt Roman. 14.

A conſpectu tuo iudicium meum prodeat.

Tu dicas ſententiam in mea cauſa, Sprich du in meiner ſachen. Quaſi dicat: Ego ab humano iudicio ad te Domine appello, tu cauſam meam ſuſcipias, defendas & approbes, Quia coram humano iudicio, cauſa mea cecidit.

Oculi tui uident æquitatem.

Quaſi dicat: Oculi hominum tantum praua, peruerſa, iniqua, & quæ magnam habent ſpeciem ſapientiæ & potentiæ ſpectant. Quia ſicut cor, ita & iudicium eorum [illegible] eſt. Tui uero oculi

ea quæ uera, recta & iuſta ſunt, conſideran[illegible]
[illegible] [illegible].

Probaſti cor meum.

Nunc incipit utriuſq; partis, & ſuam & a
ſariorum cauſam, ſeu doctrinam explicare. Et p
mum quidem de ſua doctrina & cauſa concio
tur.

Probaſti cor meum, & uiſitaſti nocte,
igne me examinaſti, & nihil in me in
ueniſti.

Quaſi dicat, etiamſi nos ſimus indigni, ac m
peccatores, tamen hoc certum eſt, noſtram c
ſam coram te Domine iuſtiſſimam eſſe. Certa
ſigna & ſtigmata piorum doctorum, id eſt, cru
& afflictiones in corpore noſtro circumfer
quotidie. Quia Diabolus omnes qui piè doce
uiuunt 2. Cor. 7. acerrimè odit, affligit, atq; p
quitur, & intus & foris eos impugnat. Intus
dem uexat eos letalibus pauoribus, & cogita
bus blaſphemis: foris uero corpora, fortunas
ſtimationem eorum impugnat. Econtra uero,
pie doctrinæ certiſſima ſigna ſunt non σίγμα
ſecuritas, pax, ocium, rerum omnium abunda
proſperitas, Regum ac Principum gratia, app
ſus uulgi. Sie leben vnd ſchweben in freude
gehen auff roſen.

Vocabulum Noctis, ſiue ad literam, ſiue al
ricè accipias, eadem redibit ſententia. Signi

ubiq; omnis generis tentationes: Sunt autem duplices tentationes: diurnæ & nocturnæ. Verum nocturnæ ſunt omnium acerrimæ. Tum enim Diabolus maiorem habet occaſionem piam mentem exercendi, interdiu negocia uiam præcludunt Diabolo, quo minus pro libidine nos affligat. Quare tentati ſemper ſumant quod agant.

Examinaſti me.

Sumpta eſt metaphora ab aurificibus, Vt enim iſti aurum igne examinant, probant, & purgant: Ita Deus pios varijs tentationibus & afflictionibus exercere, probare & purgare ſolet. Er leſſet ſie wol durchs fewer gehen/*iuxta illud Pſalm. 66. Tranſiuimus per ignem & aquam &c. Quaſi dicat:* Du haſt mich wol purgirt vnd probiert.

Et nihil inueniſti

Intellige in doctrina & cauſa mea. Quaſi dicat Nihil inueniſti in doctrina mea, quod à uerbo tuo alienum ſit. Vel ſic: Nullam hypocriſin, nec impietatem in doctrina mea reperiſti: Sed rectè facientem ac ſincerè docentem me cognouiſti. Ita hec uerba non de perſona, ſed de doctrina & cauſa ſua accipienda ſunt. Eſt igitur ſententia: Hoc me conſolor, & gaudeo, quod ſciam cauſam optimam & iuſtiſſimam eſſe. Quia eſt doctrina Euangelij. Non enim propter homicidia, adulteria, & ſimilia flagitia perſecutionem patimur, ſed quod Euangelium docemus

ſequimur & confitemur. Hinc illa uerbiſſi
aduerſariorum noſtrorum; Wenn wir
uns zu jnen halten/ und heuchlen/ ſo wolten
wol zu frieden bleiben. Propter ipſam
nos oderunt, atq; extinctos cupiunt. Hoc ſcis
mine Deus, Nam etſi perſona eſt uitioſa, tamen
ſa eſt iuſtiſſima, eſt fiducia, ſeu teſtimonium
conſcientiæ,

Cogitaui ne transgrediatur os meum.

Conſtitui mecum, ne aut impatientia fr
blaſphemas uoces in te Domine fundam, aut
citate impiorum Doctorum commotus, à uerbo
deficiam. Tacite autem his uerbis Propheta ſig
cat, ſe duabus grauiſſimis tentationibus conſ
tum fuiſſe, Quarum altera fuit, quod aduer
eum blaſphemum ac ſeditioſum clamauerint,
ra, quod male eum uſſerit, uidere impios Do
ita florere. Es ſind zwo ſtarcke tentationes
weſen. Eſt igitur ſententia: Firmiſſimo ani
creui, me ſummopere curaturum eſſe, ne quid
am præter uerbum tuum.

Cuſtodi me in uerbo labiorum tuorum.

In his aſperrimis tentationibus, uerbo tu
quaſi muro quodam æneo, me premunio. V
nam doctrinam, & ſaluberrimum conſili
tradit, uidelicet, ut in periculis & tentati
uerbo Dei nos probè premuniamus.

D

Diſerte autem dicit, In verbo labiorum tuorum, ut ſignificet ſe loqui de verbo vocali, & doceat, Deum per os miniſtri docere & loqui, & per miniſterium verbi efficacem eſſe. Denn Gott wil durch menſchen vnd in den menſchen mit vns reden / ne expectemus à Deo peculiares quaſdam reuelationes iuxta verbum, ſicut Anabaptiſtæ ſomniant, & docent reuelationes & illuminationes à Deo ſine verbo expectandas eſſe.

Pro operibus hominum.

Opera hominum vocat traditiones humanas, & impia dogmata, Alles was menſchen thun vnd leren / auſſer dem Wort Gottes.

Viam latronis.

Latronem singulari numero appellat omnes impios doctores, quos latronibus comparat, Vt enim latrones corporibus & fortunis noſtris inſidiantur: Ita impii Doctores animabus noſtris exitium parant. Scriptura enim impios doctores uocat latrones & lupos, & Eccleſiam eorum ſpeluncam latronum appellat, Matth. 21, Vos feciſtis domum meam ſpeluncam latronum &c.

Vocabulum Latronis poteſt etiam de Diabolo intelligi, quum oramus ut Deus contra inſidias καὶ μεθοδείας Diaboli, molientis nobis exitium, nos defendat.

Suſtenta greſſus meos in ſemitis tuis, ne vacillent veſtigia mea.

Hactenus commendauit uerſum ſuum Domi nunc pergit Deum precari, ut ſeruet eum in ſ doctrina, ac firmet greſſus ſuos, ne ad impios doct res deficiat, & eis aſſentiatur, ſed ut eum ſpiri ſuo regat & confirmet quo impios cum ſuis dogm tibus fugiat, abominetur, & excommunicet.

Nec temere eſt quod Propheta tam ardenti pectore hoc à Deo petat. Nam primum Pſeudoprophetarum doctrina magnam habet ſpeciem religi nis & ſapientiæ, & mirificos applauſus uulgi, incredibilem Regum ac Principum fauorem, & gratiam: Item, mirificum coram mundo ſucceſſum. Hinc eſt quod impia doctrina Zachari 5, comparatur uolumini uolanti, cuius longitud erat 20. cubitorum, & latitudo 10. cubitorum.

Deinde id quoq; accedit incommodi: Quod Diabolus miris modis puram doctrinam deform re poteſt, & optimam piorum Doctorum cauſa interdum uno uerbulo labefactare, atq; euertere Vt apparet in exemplis. In Nycena Synodo ingen oſus quidam & acutus Philoſophus omnes orthodoxos Epiſcopos, ſuis argutijs ita exagitabat, u nemo ferè ei reſiſtere potuerit, Eccle. Hiſto. Lib 10. Cap. 3. Item, Doctor Eccius in diſputation Lypſenſi D. Caroloſtadium in optima cauſa uno uerbo totum perturbauit. Non eſt igitur qui quiſquam uel in optima cauſa, ingenio, aut erudi tione, aut prudentia ſua confidat. Sed ſumma cordis humilitate Deum inuocet, ut ſuſtentet greſſu ſuos, quo minus uel à diabolo, uel ab aduerſarijs euertatur. Quare hunc uerſiculū pij doctores ſemper in his extremis temporibus in pectore & ore habeant, cum diabolus minis, præſtigijs, ſophiſmatibus confeßionem ueritatis illis extorquere ſtudet.

Clamo ad te, ut me Deus exaudias,
inclina aures tuas ad me, exaudi uerba mea.

Eſt exaggeratio neceßitatis, qua premitur. Petit enim, ut Dominus attentißimè preces ſuas attendat: Quia cauſa grauißima eſt. Nam hæc ea eſt propter quam acerbißima Regum ac Principum odia, & acerrimum Diaboli furorem contra nos concitamus & prorſus in extremum periculum nos conijcimus, Wir müſſen leib vnd leben gut vnd ehr / vnd alles ſo wir haben / dran wagen.

Declara mirificam bonitatem tuam,
qui ſaluos facis ſperantes in te, contra eos, qui reſiſtunt dexteræ tuæ.

Aureus iſte uerſiculus eſt uberrimæ doctrinæ, & conſolationis plenus. His enim uerbis animum Dei expugnat: propterea quod non ſolum magnitudinem periculi & infirmitatis ſuæ amplificat, ſed etiam Deum ſuæ bonitatis & promißionis commonefacit. Quaſi dicat: In ſummo uerſamur diſcrimine, deſtituti ſumus omnibus humanis præſidiis & conſilijs, nemo opem nobis ferre poteſt, niſi tu ſolus Domine Deus noſter. Quia res in tantum diſcrimen adducta eſt, ut inde non poſsimus eluctari, niſi tu Domine mirifica & miraculoſa potentia & bonitate tua nos adiuueris, Es mus vns mit Wunderwercken geholffen werden.

Docet autem nos hic uerſiculus, cur Deus interdum pios in externa pericula conijciat, unde humano conſilio & auxilio eluctari nequeant: imò planè de his actum eſſe uideatur, ut ſcilicet mirificam ſuam potentiam, bonitatem & opem diuinam oſtendat, Das alle Welt ſagen / vnd bekennen mus / Gott habe geholffen. Deus non dereliquit ſanctos ſuos. Ita hic uerſiculus cum imbecillitatis noſtræ, tum bonitatis & potentiæ diuinæ amplificationem continet. Eſt igitur ſententia: Tu es Deus omnipotens, & immenſæ miſericordiæ, qui gaudes iuuare omnes miſeros & oppreſſos, qui ſperant in te, & potentiam tuam oſtendere, contra potentiam & furorem Diaboli.

Emphaſis eſt in his uerbis: Contra eos, qui reſiſtunt dexteræ tuæ. Plena fide eſt precatio. Hoſtes ſuos uocat aduerſarios Dei, & quidem eiuſmodi aduerſarios, qui dextræ aduerſantur, hoc eſt, qui Deo honorem ſuum rapere, uerbum atq; Eccleſiam eius delere conantur.

Hi ſunt illi Gigantes, qui congeſtis montibus Chriſtum de cœlo deturbare conantur.

Cuſtodi me ut pupillam oculi.

Non ſimpliciter petit ſe à Deo cuſtodiri, ſed ſignificantioribus uerbis utitur, uidelicet, uelut pupillam oculi ſui, Das heiſt ja groſſe ding gnug gebeten / das kan mir ein rechter Rhetor ſein.

Docet autem hic uerſiculus primum, quod Deus Eccleſiam ſuam, ut pupillam oculi ſui, curet. Qua quidem conſolatione nihil dulcius nec gratius pijs mentibus afferri poteſt, uidelicet: Quod Deus multò tenerius Eccleſiam ſuam diligat, quàm ulla uel blandißima matercula diligit filium uteri ſui. Eſt omnino ſuauißima figura.

Deinde docet, Quod conſcientiæ piorum facilimè ſauciari poßint, quas Propheta pupillæ oculi comparat. Nihil enim tenerius eſt pupilla oculi. Hinc illud natum eſt Prouerbium: Non patiuntur ludum, fama, fides, oculus. Quaſi D. Scis Domine Deus, conſcientiam piorum rem eſſe omnium tenerrimam: Econtrà Diabolum hoſtem noſtrum eſſe potentißimum, ac immanißimum: Adhæc incredibilem eſſe infirmitatem carnis noſtræ: Deniq; non mediocrem mundi ſæuitiam, ita ut facilimè euerti ac extingui poterimus, niſi tu nobis opem tuleris.

Eccleſia iſt gleich wie ein Schiff / das da ſchwebet auff einen groſſen wilden Meer / da von allen vier orden der Welt ſturmwinde herſtoſſen / das ſie das ſchiff erſeuffen.

Sub umbra alarum tuarum protege me.

[illegible] spiritu sancto Christum & Ecclesiam suam [illegible], sed [illegible] dulcissima [illegible] est, qua Christus comparat gallinæ. Vt enim illa pullos suos alis tegit, fouet, & protegit contra Miluum: Ita Christus Ecclesiam suam, verbo suo fouet & protegit aduersus furores Diaboli. Item sicut pulli [illegible] Miluo ad gallinam se recipiunt, & sub alis eius se condunt: Ita pii tempore afflictionis, tentationis, & persecutionis, ad Christum confugiunt, & sub umbra alarum [illegible] eius, id est, in promissionibus acquiescunt.

A facie impiorum qui me vastant.

Hic taxat impios Doctores, quos supra latronibus compararat. Hi enim sunt qui vastant Ecclesias, [illegible] sunt corruptores purioris doctrinæ, & [illegible] & [illegible], & impia sua dogmata [illegible] animas [illegible]. Vt [illegible] & [illegible] spiritum [illegible] Arrii, qui olim ferè omnes Ecclesias hæresi sua vastauerunt.

Qui undique captant animam meam. Vel, undique insidiantur animæ meæ.

[illegible] Ecclesiæ.

[illegible] corporaliter [illegible]

[illegible] ſeditione uiuitur, ſed etiam [illegible] odia excitant in pios, ut eos [illegible] ipſis corpora coniuncte [illegible] in exemplo Arrij, et [illegible]. Item in exemplo Thomæ Monetarij, item in exemplo Prophetæ Monaſterienſis &c. [illegible] hengen an ſich den pöfel/oder ſchlagen ſich zu den groſſen Herrn/ welche ſie [illegible] auff die rechten lehrer/ und fromē [illegible]. Hoc pacto repræſentant Magiſtratum [illegible], quem Chriſtus hi dudum [illegible]: quod homicida ſit, & pater mendacij.

[illegible] ſuum concluſerunt. Vel ſic: [illegible] eorum conſociati ſunt inter ſe [illegible] zuſammen.

[illegible] Deus, ut contra internos hoſtes, id eſt [illegible] doctores, qui occidere ſolent animas, Eccleſiam protegat: Nunc uero in his tribus [illegible] poſit, ut Dominus Eccleſiam ſuam [illegible] contra hoſtes externos, id eſt, Tyrannos, qui Eccleſiam corporaliter affligunt, id eſt [illegible] ad ſupplicia rapiunt. Quales olim fuerunt [illegible], Decius &c. Et noſtra ætate ſunt [illegible] Principes, qui addicti ſunt Romano [illegible].

[illegible] inde ab initio ſemper duo [illegible] habuit: Quorum alij

[illegible] alij corpora piorum ponentur [illegible]
Vtriq; autem animas inter ſe quam tradunt [illegible]
tinguende lucis Euangelij.

Oſtendit autem, quibus modis hoſtes illi
ui Eccleſiam conentur opprimere. Primum, con
rationibus: Secundo, calumnijs: Tertio, artifici
ſis practicis: Quartò externa ſæuitia, ſeu gla
dio.

Pingues ſcriptura vocat eos, qui opibus, hono
ribus, potentia, dignitate antecellant cæteris,
[illegible] huius commodis referti ſunt, die beſten
gewaltigſten / und reichſten leute in der
Illos dicit inter ſe coniurare, & conſpirare
conferre conſilia, uires coniungere ad delend
doctrinam Euangelij, & opprimendos omnes ſ
tam doctores eius, tum auditores purioris doctri
Hæc enim omnia his pauciſsimis uerbis Prophe
complectitur, inquiens: Pingues eorum inter
conſociati ſunt &c.

Iam poſtquam coniunctis conſilijs & uiri
ad delendam Euangelij doctrinam conſpirarent
pergunt atrociſsima edicta proponere, hæreſe
ſeditionis crimina in pios congerunt, eosq; om
generis contumelijs exagitant, perſuaſi ſe hoc
cto illis terrorem incuſſuros eſſe, ut profeſsion
purioris doctrinæ abijciant. Ideo addit Prophe
ta.

Locuti ſunt cum ſuperbia.

Quia vero uident doctrinam Euangelij

[illegible] latius propagari, quo magis [illegible] conſilia, et conſpirationes [illegible] excogitant, quibus Euangelium [illegible] & auditoribus illius oppri[illegible] illius [illegible]. Ideo dicit,

Quocunq; incedimus nos circundant.

Hoc [illegible] undiq; & ubiq; locorum ſtruunt nobis inſidias. Verum cum omnia ſua conſilia, conſpirationes & practicas irritas eſſe experiuntur, fraudem in ſaevitiam vertunt. Itaq; palam iam in membra verae Eccleſiae graſſari incipiunt. Hanc externam graſſationem ac ſaevitiam Propheta his verbis ſignificare voluit:

Huc intentos habent oculos, ut nos humi proſternant, ſicut leo qui praedam appetit.

Leonem ferunt omnium animalium eſſe ferociſſimum atq; ſaeviſſimum, ubi irritatus fuerit. Nam etſi biduum aut triduum dicitur inediam ferre poſſe, tamen ubi eſurire coeperit, fortiter eſurit, & furenter praedam appetit. Similiter & Catulos Leonum aiunt horribiliter rugire, cum eos rabida fames exercet. Scriptura vero ſolet ſimilitudinem à Leone ſumptam [illegible] in bonam partem, ut Prouerb. 28.

[illegible]
[illegible]
tiam, [illegible]
litudine [illegible] furore, [illegible]
[illegible] poſſint [illegible]
cere animo, donec nos funditus extinctos viderit
ſicut leo, quem improba fames exigit rabies,
deſinit inſectari prædam, donec invenerit eam.

Atq; hæc fuit prior Pſalmi pars, quæ conti-
accuſationem Adverſariorum, & expoſitio-
ſuæ cauſæ.

ALTERA PARS PSALMI.

Exurge Domine præveni eum, humilia eum, [illegible] animam meam ab impio, enſe tuo.

Hæc eſt altera pars Pſalmi, qua petit ut [illegible] hoſtes ac perſecutores [illegible] Eccleſiæ puniat. Sed [illegible] quæſtio: An orandum ſit, ut Dominus hoſtes ac perſecutores Evangelij perdat?

RESPONSIO.

Duo ſunt genera hoſtium Eccleſiæ. Alij [illegible] doctrinæ Evangelij perſequuntur Eccleſiam, [illegible] lis ſunt [illegible] [illegible] peccatis: pro his orandum [illegible] Dominus [illegible] [illegible] [illegible]

bo-

[illegible] illis ſilentes & conuicti [illegible] pugnare non deſinunt. Qua- [illegible] Pontifices, Phari- ſei [illegible] ſunt Romani Ponti- fices, [illegible] & omnes illis addicti. Iſti ſunt illi, [illegible] debet Eccleſia; ut [illegible] confundat & perdat.

Exurge Domine, praeueni eum,
[illegible]

[illegible] numero ſingulari appellat omnes hoſtes, [illegible] & externos. Eſt igitur ſen- tentia [illegible], frange illo- rum [illegible] eorum conſilia & practi- cas [illegible] Quia potentia, uiribus conſilijs [illegible], [illegible] überlegen/ Qui ad humana praeſidia & conſi- lia [illegible] ſumus.

Verbo [illegible] conuictionis, ſeu iudicio tuo, [illegible]

Duplex [illegible] eſt. Aliud eſt uerbum doctrinae & conſolationis & admonitionis, quod Deus po- ſuit in ore Miniſtrorum Eccleſiae, quod alioqui uo- camus [illegible]. Aliud eſt uerbum iu- dicij [illegible] Denn vnſer HERR Gott [illegible] / wird die gottloſen geben leſen [illegible], Quemadmodum [illegible] in rubro mari, huius verbi, tametsi fit in [illegible]. Tum loque eos, ut [illegible] sunt, & in [illegible] urbibus hunc modum loquebatur. Sic cum primitus [illegible], quam cum Romani solo [illegible] deuastarent, & cum Romanis loquebantur, Gotti urbem Romanam funditus euertebant tandem & cum Romano Pontifice & idem loquetur.

A uiris manus tuae.

Qui cadunt in manus tuas, & iudicium tu est. Qui sunt damnati, & reiecti a te, a mortis aeternae, uel, quos Deus manu sua perc Obseruanda est hic Phrasis. Manus Dei sign iudicium Dei. Est autem duplex iudicium Dei terrum quo damnat, & punit impios, de quo ptum est Hebraeorum 11. Graue est in manu incidere. Alterum quo paterne ut clementer gat pios, quod Scriptura uocat paternam castigationem. Huius iudicij diuini mentio fit 2. Reg ultimo, ubi David mauult incidere in manus mini, quam in manus hominum. Quia misericordia eius, inquit, magna est.

A uiris huius uitae.

Vocabulum Hebraeum, Heled, significat aeu id est, praescriptum sui determinatum tempus ligitur sententia: Protegas me contra istos mines, qui aliud nihil, nisi hanc praesentem & talem uitam curant, & cupiunt ipsi & sup [illegible] [illegible] gehabt hat, Welche in dem [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Mechtig [illegible] fur- plices, [illegible] [illegible] sed uulgus hominum. Vult dicere: [illegible] [illegible] mundo sunt potentiſsimi clariſsimi & [illegible], tamen coram te Domine sunt nullius precij. Sie sind, wie der lose pöfel [illegible].

Qui habent portionem suam in uita ipsorum. Vel sic: Quorum portio est in hac uita.

Vocabulum uita significat omnis generis bona corporalia, opes, honores, uoluptates. Quaſi dicat: Sunt quidam homines, qui non exercentur cruce, sunt animalia uentris, & inimici crucis Chriſti. Omnes eorum cogitationes & consilia huc intenta sunt, ut in hac uita, molliter, delicatè, & suauiter uiuant. Huc alluſiſse uidetur Petrus, quum inquit 2. Pet. 2. [illegible] ἡγούμενοι τὴν ἐν ἡμέρᾳ τρυφήν, uoluptatem, exiſtimantes dici delitias & cetera.

Sed quaeret aliquis: Quid cauſſe eſt, quòd Deus impijs [illegible] bona corporalia largiatur?

Respondeo: [illegible] ut sua bonitate & beneficentia [illegible] [illegible] [illegible], iuxta illud Pauli Rom. [illegible] τοῦ θεοῦ εἰς μετάνοιάν σε ἄγει, [illegible] [illegible] Dei ad poenitentiam te [illegible] [illegible] in terra Paradiſum

ac cor-

[illegible] quia [illegible] bonorum [illegible] per [illegible] [illegible]. Quia [illegible] beneficare [illegible] Christus Matth. 5. Qui solem [illegible] suum super bonos et malos & βρέχει ἐπὶ δι[illegible] [illegible], & pluit &c.

Quibus ventrem reples absconditis tuis. (Vel sic) Thesauro tuo.

Corporalia illa beneficia [illegible] eo quod [illegible] & mirabili modo Deus [illegible] frumentum [illegible] &c.

Qui abundant liberis.

Quasi diceret ipsi abundant omnibus [illegible] modis, opibus, honoribus, [illegible] copiosa familia, numerosa sobole. Hoc vero [illegible] accipiendum est, quasi velit se habere li[illegible] sed de illorum copia & felicitate gloriari [illegible] ad luxum & pompam [illegible], & summam [illegible] ptatem ex illis percipere, hoc peccatum est. [illegible] man darauff troge und prange / und sein [illegible] steltz [illegible] / vor der welt [illegible] herrlich und [illegible] [illegible]. Quemadmodum solet vulgus [illegible] beri ipsorum ad pompam [illegible] pietatis curam [illegible] dat [illegible] iuſtificationis primam om[illegible] [illegible] Was ſagſtu viel/ mein ſin [illegible] werden.

Non [illegible] opes, honores, dignitates, [illegible] numeroſam ſobolem & familiam [illegible] beneficia corporalia, quia ſunt [illegible] Dei, ſed abuſum illorum damnat. Nam [illegible] teſtatur, opes & honores eſſe [illegible] Deus non modo impijs, ſed etiam [illegible] largiri ſolet, ut Pſal. 111. Gloria & [illegible] in domo eius.

Docet [illegible] Propheta, omnium precioſiſſimos theſauros & præſtantiſſima dona Dei eſſe, non opes, [illegible] actura uitæ commoda, ſed uerbum Dei [illegible] Chriſti, donationem ſpiritus ſancti, [illegible] teſtatur Pſal. 147. Qui annunciat [illegible] ſuum Iacob, iuſtitias & iudicia ſua Iſrael. [illegible] omni nationi, & iudicia ſua [illegible] eis. Item Pſalmo 115. Precioſa in [illegible] mors ſanctorum eius.

Q[illegible] opes, potentiam, & omnia [illegible] Deus donat, quam Turcis, [illegible] Cardinalibus, & omnibus [illegible] Chriſti? Econtra uero [illegible] premi ſunt, quam pios? Si [illegible] reperiemus Eccleſiam [illegible] ab initio ſemper fuiſſe afflictiſſimam [illegible] & ſanguinariam fuiſſe [illegible]

Et relinquunt reliquias suas paruulis [illegible]

[illegible]

Quasi dicat: Non modo saturati [illegible] bis copiis in hac vita [illegible] studio habent, ut liberis suis amplissima pa[illegible] nia relinquant. [illegible] ut liberorum [illegible] suis [illegible] esse [illegible] magnam [illegible] relinquant, & si [illegible] eandem quam ipsi [illegible] niam.

In hoc [illegible] scriptionem [illegible], qualis erat [illegible] ut Epulonis in Euangelio, qui [illegible] tis & [illegible] etiam [illegible] gere [illegible], mores & [illegible] delicet, quod [illegible] & [illegible] cata est, ut [illegible] ipsi [illegible], & [illegible] Dei [illegible] & honestè [illegible], & quod [illegible] liberis se [illegible] esse [illegible] stè educati fuerint; & si parum parent[illegible] sunt [illegible]. Hoc est enim [illegible] patrimonium, & ornamentum longè [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] filij decuiſſe quia ut [illegible] paſtores mores imitatur.

Ego [illegible] iuſtitia videbo uultum [illegible]

[illegible]. Comedãt impij opes, honores, dignitates [illegible] uitæ commoda, Aller welt luſt vnd freuden / Ego vero, eo me conſolabor, & hanc ſolam [illegible] gratulabor, quod uiſurus ſim [illegible]. Duplex ſententia eſt iſtius loci. [illegible] ſit Deum facie ad faciem in futura [illegible] gloria. Atq; ita hic locus ad reſurrectionem [illegible] recte accommodetur. Altera quod [illegible] Dei & præſentiam & bene[illegible]: Vt ſit Allegoria in [illegible]. Vtraq; ſententia analoga eſt ſolet [illegible] longe argumento Pſal [illegible] dicit: Impij magnifaciunt [illegible] quæ mortalis eſt, ac ærumnarum [illegible] perpetuus quidam curſus eſt ad [illegible] dis leben fur ein ewig leben [illegible] aliam poſt hanc uitam expecto, ubi [illegible] mihi reuelabis. Ad hanc ſcilicet [illegible] iuſticia, id eſt, fiducia promiſſi [illegible].

Satiabor [illegible] euigilauero ad ſimilitudinem [illegible].

Primum [illegible]. imago Dei eſt [illegible] erga Deum, ar-

dens dilectio Dei, linguaq; [illegible] in Deo
bertas, quae illi [illegible] & amor Dei, [illegible]
temperit. Est igitur sententia: Persuasus sum
omnibus copijs abundaturum esse [illegible] in
fide, ardens, alacris & experrectus semper,
Poterit etiam hic uersiculus de resurrectione
tuorum accipi.

PSALMVS XIX.

COELI enarrant gloriam Dei, & op
manuum eius annunciat firmament
Dies diei eructat uerbum, & nox nocti ind
cat scientiam.
Non sunt loquelæ, neque sermones, quorum
non audiantur uoces.
In omnem terram exiuit sonus eorum, & in
nes orbis terræ, uerba eorum. Soli p
tabernaculum in eis.
Et ipse tanquam sponsus procedens de tha
mo suo. Exultauit, ut gigas ad currend
uiam.
Ab extremo coelorum egressio eius; Et oc
sus eius usq; ad extremum eorum, nec
qui se abscondat à calore eius.
LEX DOMINI immaculata, conuertens a
mas, testimonium DOMINI fidele, sapi
tiam præstans paruulis.
Mandata DOMINI recta, lætificantia cor
cept

ceptum DOMINI lucidum, illuminans oculos.

Timor DOMINI purus, permanens in seculum seculi: iudicia DOMINI uera, iustificata simul.

Deſiderabilia ſuper aurum & ſuper obriſum multum, & dulciora ſuper mel & fauum.

Etiam ſeruus tuus admonetur per ea in cuſtodiendis illis retributio multa.

Delicta quis intelligit? Ab occultis meis munda me.

Et ab contumacibus cuſtodi ſeruum tuum, ne dominentur mihi, tunc immaculatus ero, & emundabor a delicto maximo.

Et erunt ut complaceant eloquia oris mei, & meditatio cordis mei, in conſpectu tuo, DOMINE, adiutor meus, & redemptor meus.

ARGVMENTVM.

Hic pſalmus eſt uaticinium de Euangelio, per totum orbē terrarū propagando, idq; in omni linguarum genere. Comparatur autē ſoli propter effectum, quia ſicut ſol fines terræ luce ſua illuſtrat, et ōnia calore ſuo calefacit & uiuificat, ita doctrina Euangelij, quam etiam legem appellat, omnis generis conditionis, & nationis homines erudit, illuminat, conſolatur, purificat &c. Ad hanc legem

ueteris Teſtamenti abrogat, eo quod conſcienti
afflictas erigere, & pacare minime poſsit.

Pertinet autem iſte Pſalmus ad tertium pr
ptum Decalogi, Quia de uero Sabbatho Noui Te
ſtamenti uaticinatur, in quo ueri cultus Dei uig
ant & floreant.

Cœli enarrant Gloriam Dei.

Synecdoche eſt, Quia continens pro conten
Hoc eſt, cœlum pro his qui ſub cœlo habitant, ſ
mitur, Q. D. Omnes homines quibuſcunq;
plagis cœli ſunt, audiant doctrinam Euangelij.
Wo leute ſind / da hört man das Euangeli
predigen / Hæc eſt ſimplex. & ut uocant, ad lit
ram, horum uerborum ſententia.

Poteſt etiam hic locus allegoricè explicari, &
tractari ad hunc modum.

Apoſtoli uiriq; Apoſtolici id eſt, omnes pij Do
ctores uocantur cœli. Primum propter diuinita
tem ſui muneris, Quia cœleſtem & diuinam af
runt doctrinam.

Secundo, Quia diuinitus excitantur & mitt
tur, ad docendum & propagandum Euangelium.

Tertio, Propter ſimilitudinem ſiue effectu
uocantur. Vt .n. cœlum tempeſtiua ſua pluuia
ſerenitate, terram humectat, & fœcundat. Ita Ap
ſtoli, uiriq; Apoſtolici ſana doctrina Euangelij Ec
cleſiam Chriſti fœcundam reddunt, multoſq; Chr
ſto lucrifaciunt.

Qua

Quarto, ideo hoc tam magnifico Epitheto ornantur. Quia ſanctitate uitæ & morum & multis præclaris donis ornati ſunt, ut gloriam Chriſti illuſtrent, ut enim miranda cœli eſt puritas, & claritas, ita inſignis quædam puritas in eorum & doctrina & uita luceat.

Quinto uocantur firmamentum propter conſtantiam eorum in confeſsione ueritatis, ac fidei. Item, Quod nec periculis propoſitis ab illa confeſsione poſſunt deterreri, nec illecebris uoluptatum ineſcari ut ad uoluntatem regum ac principum, & applauſum uulgi doctrinam ſuam accommodent, Quia nec Mercenarij ſunt, nec Epicurei.

Enarrant gloriam Dei.

Nunc addit quale ſit officium Apoſtolorum, & piorum doctorum, Qualis item ſit doctrina eorum uidelicet, Enarrare gloriam Dei, & annunciare opera manuum eius.

Eſt autem Gloria Dei, Quod ſolus Deus ſit ſapiens, omnipotens, bonus, uerax, & immenſæ miſericordiæ, patiens, μακρόθυμος, πολυέλεος, εὔσπλαγχνος, πατὴρ τῶν οἰκτιρμῶν, καὶ θεὸς πάσης παρακλήσεως, iuſtus & iuſtificans omnem hominem qui credit in filium ſuum unigenitum Ieſum Chriſtum. Hæc eſt illa gloria de qua ſcriptum eſt Eſaie 42. Gloriam meam non dabo alteri, hanc gloriam Dei cum nulla creatura uult nec poteſt communicare, præter ſolum filium in quo κατοικεῖ

πᾶν τὸ

πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς.

Hanc ſcilicet gloriam Apoſtoli uiriq; Apoſtolici debent celebrare & propagare Deum æternum, omnipotentem, iuſtum, bonum, ueracem &c. ineffabili & in omnem æternitatem admirando conſilio, & amore generis humani filium ſuum unigenitum Ieſum Chriſtum in terram miſiſſe, ut aſſumpta humana natura genus humanum perditum reſtauraret, & à poteſtate atq; tyrannide Diaboli liberaret, & cum Deo reconciliaret, ut omnis qui credit in hunc filium non pereat, ſed habeat uitam æternam. Hanc gloriam Dei nec angeli in cœlo, nec homines in terra prædicare ſatis unquam poterunt.

Atq; hoc demum eſt prædicare Euangelium, quod aliud nihil eſt quam celebratio, uel annunciatio glorioſæ illius & magnificæ gloriæ, de qua modo dictum eſt.

Opera manuum eius.

Opera manuum eius ſunt, Quod donauit nobis filium ſuum unigenitum Ieſum Chriſtum & ſimul cum eo omnia, Quod illum ex morte reſuſcitauit, & collocauit ad dexteram Maieſtatis ſuæ. Quod credentes per Baptiſmum & Euangelium regenerauit, & coheredes Chriſti fecit, eiſq; donauit Spiritum ſanctum. Quod illos ſubinde ex morte & inferno liberat, & uiuificat. Hæc ſunt illa opera, quorum hic mentionem facit Pſalmus, Hæc ſunt illa opera in quæ iuuat angelos proſpicere 1.
Pet. 1.

Dic

Dies diei annunciat, & nox nocti ſignificat.

HOC eſt, Euangelium prædicabitur non modo in Iudæa & Hieroſolymæ, neq; certo aut præſcripto tempore, Sicut olim in Veteri Teſtamento lex prædicabatur tantum Sabbato &c. Sed in toto orbe terrarum paſsim, ubiq; locorum, & omnibus temporibus, Euangelium omnem locum, & omne tempus implebit.

Hoc loco obſeruanda eſt Phraſis Scripturæ, quæ diem uocat tempus matutinum, noctem uero tempus Veſpertinum, Nam hoc potiſsimum tempore, Scilicet, Mane & Veſperi Eccleſia iam inde ab initio præcipuos cultus Deo præſtare ſolita eſt, id eſt, Doctrinæ & inuocationis.

Poteſt etiam hic locus ſic exponi, Quod pij die noctuq; Euangelium docebunt, audient, diſcent, ac meditabuntur, quia piorum corda perpetuo orant ac meditantur legem Domini Pſal. 1.

Non ſunt loquelæ, neq; ſermones, Vbi non audiantur uoces eorum.

Quidam diſtinguunt ſermones à loquelis et uocabulum ſermonis ad omnia linguarum genera referunt. Sed loquelas ad ipſas dialectos, id eſt idiomata linguarum accommodant, Eſt autem ſententia iſtorum cœlorum, id eſt, Apoſtolorum uox &

doctrina in omni linguarum genere prædicetur, a propagetur, ut oſtendit Hiſtoria Acto. 2.

IN omnem terram exiuit ſonus eorum.

Explicatio eſt ſuperioris membri, Vocabul Sonus in Hebræo ſignificat normam ædificandi ſe amuſsim, Eſtq́; obſeruanda phraſis ſcripturæ, quæ uerbum Dei uocat Normam. Vocatur autem u bum Dei Regula, Primum, Quia eſt inſtrumentu ædificij diuini. Deinde, propter certitudinem e quod nullis humanis traditionibus corrumpitu aut uariatur. Poſtremo, propter Menſuram don ſeu certam uniuſcuiuſq; Doctoris uocationem, V 2. Cor. 10. ἡμεῖς δ' οὐχὶ εἰς τὰ ἄμετρα καυχησό μεθα, ἀλλὰ κατὰ τὸ μέτρον τοῦ κανόνος, οὗ ἐμέ ρισεν ἡμῖν ὁ θεὸς μέτρου ἐφικέσθαι ἄχρι καὶ ὑμῶν. *Nos autem non in immenſum gloriamur.*

Soli poſuit tabernaculum in eis.

Venuſtiſsima eſt Allegoria. Comparat enim Propheta Chriſtum ſoli, Sicut & Malachias faci cap. 4. Exorietur uobis timentibus nomen meum Sol iuſtitiæ &c. Vt enim Sol in cœlo uerſatur, Vt totum cœlum lumine ſuo complet, Ita Chriſtus ſpiritualis ille Sol in cœlis ſuis, qui annunciant glori am Dei, habitat, hoc eſt, Apoſtolis, uiriſq; Apoſto licis adeſt ſua præſentia, & potentia, donans e Spiritum ſanctum qui animos eorum confortet

& Sapientiam eis donet, Linguam uocemq; eorum regat & gubernet. Deniq; eorum doctrinam miraculis confirmet. Item, Sicut Sol omnia quæ in terris ſunt lumine ſuo illuſtrat, exhilarat, uiuificat &c. Ita Chriſtus Euangelio ſuo corda hominum illuminat, conſolatur, & uiuificat.

Vbicunq; igitur uox cælorum iſtorum ſonat, id eſt, prædicatur Euangelium, ibi lucet ſol iuſtitiæ, hoc eſt, ibi adeſt Chriſtus Spiritu ſancto ſuo, ſicuti ipſe teſtatur Matth. 18. Vbi duo, aut tres congregati fuerint in nomine meo, ego ero in medio eorum. Vbi autem hic Sol iuſtitiæ lucet, ibi nullæ ſunt tenebræ, id eſt, nulla amplius ibi eſt ignoratio Dei, nulla idololatria, nulla impia dogmata, nulli errores, &c. Et in Pſalmo 67. dicitur, lux erit, ubi antea tenebræ erant, hoc eſt, ibi pura doctrina Euangelij, uera notitia Dei, & omnes ueri cultus Dei uigebunt, & florebunt.

Porro tabernaculum Solis iuſtitiæ, Chriſti eſt fides, ſeu corda piorum, Sicuti Epheſ. 3. dicitur Chriſtum habitare per fidem in cordibus noſtris &c.

Non eſt improbanda illa Allegoria, quam hoc loco facit Magiſter ſententiarum, Cum Tabernaculum exponit de corpore Chriſti, Solem uero de hac uita, ut ſit ſententia Chriſtum aſſumſiſſe hanc noſtram naturam, & noſtris tentationibus & ærumnis adiunctum fuiſſe.

ET ipſe tanquam Sponſus procede de thalamo ſuo.

Suauiſſima hæc quoq; eſt allegoria, Chriſ quatuor de cauſis Sponſo comparat. Primum p pter amorem ſponſi erga Sponſam. Deinde p pter gaudium ſponſi. Tertio propter ornatum q ſponſa à ſponſo decoratur. Quarto propter uam rerum communionem. Et primum de Am ſponſi, ingens & prorſus ineffabilis amor eſt ſp erga ſponſam. Ideo Spiritus ſanctus Chriſti rem qui exuperat omnem captum mentis hu comparat amori ſponſali. Nam cum mens hu imbecillior ſit, quam ut magnitudinem diuini us amoris erga nos intelligat, Spiritus ſanctus mitati noſtræ ſeſe accommodans, petens ſimili dines ex his rebus quæ maxime animos atq; hominum feriant.

Secundo Chriſtus dicitur Sponſus propter g dium. Vt enim nullum maius & effuſius gaudi dici aut fingi poteſt, quam illud quo ſponſus Sponſam afficitur, ita inenarrabile eſt læ quam Chriſtus de ſponſa ſua, .i. Eccleſia percip Nulla vox humana, nec angelica uox magnitu nem lætitiæ, quæ eſt inter Chriſtum & Eccleſ ſuam, poteſt exprimere. Hinc illud Eſaiæ cap. Sicut ſponſus lætatur ſuper ſponſam ſuam, læ tabitur ſuper te Deus tuus.

Tertio Chriſtus comparatur ſponſo prop ornamentumq; & ipſe ornatus eſt, & Eccleſiam ſuam ornauit. Ornatus Chriſti eſt, Omnipotentia, iuſtitia, Iudicium, Veritas, Pſal. 88. Item φιλανθρωπία, χρηστότης, Miſericordia, Clementia, μακροθυμία, immenſa bonitas, συμπάθεια εὐσπλαγχνοσύνη, [illegible], Magnificentia operum, et miraculorum ſuorum, &c. Pſalm. 144.

Ornatus uero Sponſæ id eſt, Eccleſiæ ſuæ eſt fides, Dilectio, bona obedientia, Item multa præclara, & miranda dona Spiritus ſancti. Verum hic totus ornatus Eccleſiæ eſt in abſcondito, Pſal. 44. Omnis gloria filiæ Regis ab intus, Quia Eccleſia ſubiecta eſt cruci, & afflictionibus in hac uita. At poſt hanc uitam tum demum uere glorificabitur, & ornabitur ueris ornamentis Rom. 8.

Quarto Sponſi appellatio Chriſto conuenit propter omnium rerum communionem. Sicut enim in Coniugio omnia ſunt communia, non modo fortunæ, uerum etiam res tum ſecundæ, quam aduerſæ, eſtq; mira συμπάθεια inter maritum & ſuam uxorem, Ita inter Chriſtũ & ſponſam ſuã .i. Eccleſiam omnium cœleſtium ac æternorum bonorum eſt communio κοινὰ τὰ πάντα. Chriſtus enim ſuam iuſtitiam, innocentiam, uictoriam peccati, mortisq; inferni donat Eccleſiæ ſuæ, eiuſq; peccata, & mala in ſe transfert, illiuſq; ærumnas ſuas eſſe ducit. Quæ longe ardentior, & purior eſt συμπάθεια Chriſti erga eccleſiam ſuam afflictam quàm quæ eſt inter maritum & coniugem. Vt te-

ſtatur per Prophetam Zachariæ 2. Qui uos t
git, tangit pupillam oculi mei.

Si quis uocabulum thalami uelit ad allegori
accommodare poteſt illud accipere de illo cœtu
quo ſonat uox Euangelij, & adminiſtrantur Sa
menta iuxta ordinationem Chriſti, Hic eſt enim
thalamus, ubi Chriſto filij & filiæ generantur.

Poſtremo illud etiam obſeruandum eſt in h
ſimilitudine, Quod ſicut Sol, cum oritur, ſine
nubibus totus conſpicitur, Sed ubi iam ad medi
cœli tendit, nubibus interdum impeditur ſeu ob
ratur, Ita Chriſtus, id eſt, pura doctrina Euang
iam inde ab Apoſtolorum temporibus orien
propagata in totum orbem terrarum ſubinde
Hæreticis obſcurari cœpit. Sed ad extremum
men Chriſtus omnes iſtas nubeculas id eſt Hær
diſcuſsit, funditusq́; deleuit. Vult igitur dicere P
pheta, Quod Chriſtus ille cœleſtis Sol & Spo
illuminat orbem terrarum à Principio, usq; ad
nem mundi.

Exultauit ut Gigas ad currendam uiam.

Supra oſtendit Chriſtum infinito, & pro
ardentiſsimo amore ſponſæ ſuæ id eſt, Eccleſiæ
cenſum eſſe, atq; huc accommodauit ſimilitudine
de ſponſo. Nunc uero docet eundem etiam im
menſa quadam alacritate, & cupiditate propa
gandi Euangelij, & ſaluandi homines flagran

das er auch luſtig dazu ſey/das ſeine höchſte luſt vnd freude ſey/das er das menſchliche geſchlecht ſol erlöſen.

Vt enim Gigas,id eſt uir bellator ſeu miles hæroico ingenio preditus gaudet capeſcere pugnam, & cum hoſte congredi & dimicare,& ſumma alacritate,ac uoluptate animi ad uocationis ſuæ officia accingitur,& gaudet patriam aut rempub.ab hoſte defendere,& propugnare,mortemq; pro ea, ſi opus fuerit,appetere.Ita & Chriſto ſummæ uoluptati fuit genus humanum à Tyrannide Diaboli liberare & ſibi Eccleſiam in mundo colligere, ſeruare,ac defendere,et pro ea ſanguinem ſuũ profundere.Hanc alacritatem & magnitudinem animi Chriſtus in membra ſua,id eſt, Chriſtianos propagauit,ut & ipſi libentes & gaudentes omnia facere & pati,imo & mori propter gloriam Dei,& propagationem Euangelij minimè dubitent,ut apparet in exemplis Martyrum &c.

A ſummo coelo egreſsio eius, & ambitus eius uſq; ad finem eorum &c.

Perſeuerat in Allegoria. Vult dicere ut enim Sol ab oriente currens uſq; ad occidentem totum orbem terrarum lumine ſuo illuſtrat.Ita Chriſtus lucẽ Euangelij ſui ſpargit per totũ orbem terrarũ, ſibiq; Eccleſiam ab oriente uſq; ad occidentem &

ex omnibus finibus terrarum colligit, ut ipſ
Chriſtus, Matth. 8. Multi ab oriente, & occid
uenient, & recumbent cum Abraham, Iſaac, &
cob in regno cœlorum. Item Eſaie 49. Ecce iſti
longe uenient, & ecce illi ab aquilone, & mari,
iſti de terra auſtrali, Item 43. Ab oriente ad
cam ſemen tuum, & ab occidente congregabo
&c. Huc pertinet illud Pſalmi 2. Dabo tibi g
tes hæreditatem, & poſſeſſionem tuam term
terræ. Item, Pſal. 72. & dominabitur à mari
ad mare & à flumine uſq; ad terminos o
terrarum.

Nec eſt qui ſe abſcondat à calore eius.

Q. D. nihil tam latum, longum, altum & p
fundum eſt, quo Chriſtus luce & calore Euang
ſui non perueniat, ut ibi credentes in eum cale
ciat, foueat, conſoletur, ac recreet, eoſq; in m
morte uiuificet atq; in inferno illis quaſi cœlum
ret. Sicut teſtatur Pſalm. 138. Quo ibo à Spi
tu tuo, & quo à facie tua fugiam? Si aſcendero
cœlum tu illic es &c. Continet igitur hic lo
inſignem & conſolationem & doctrinam. N
primum conſolatur omnes pios calamitoſos, &
cet Chriſtum illis ſemper præſto eſſe ſuo uerbo,
ſpiritu ſancto qui eorum mentes erigat, co
net, atq; recreet quocunq; locorum ſint, etiam

undis mortis, et inferno uerſentur, tamen ibi quoq; Chriſtum cum Spiritu ſancto illis adfuturum eſſe, nec ullam tantam calamitatem pijs accidere poſſe quæ ipſos à Chriſto ſeparet, Sicut & Paulus teſtatur Rom. 8. τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ θεοῦ, θλῖψις; ἢ στενοχορία ἢ διωγμὸς, ἢ λίμος ἢ γυμνότης, ἢ κίνδυνος, ἢ μάχαιρα &c. πέπεισμαι γὰρ ὅτι οὔτε θάνατος, οὔτε ζωὴ, οὔτε ἄγγελοι, οὔτε ἀρχαὶ, οὔτε δυνάμεις, οὔτε ἐνεστῶτα, οὔτε μέλλοντα, οὔτε ὕψωμα, οὔτε βάθος, οὔτε τις κτίσις ἑτέρα δυνήσεται ἡμᾶς χωρίσαι ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ θεοῦ τῆς ἐν χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν.

Huc pertinet illud Canticorum.

V. Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? Verba ſunt Chriſti teſtantis ſe nec poſſe nec uelle à ſocietate, & conuerſatione ſuorum auelli.

Deinde docet idem uerſiculus Spiritum ſanctum nec dari nec efficacem eſſe in nobis ſine uerbo uocali. Oportet ut cœli prius enarrent gloriam Dei quam Chriſtus adſit Spiritu ſancto ſuo qui poſt uerbum prædicatum & auditum corda piorũ illuminat, accendit, letificat, et confortat / als deſſ gibt er hertz vnd werme.

A calore eius.

Calor Solis ſignificat Spiritum ſanctum, ut enim calor ſolis omnes creaturas fouet, recreat letificat & uiuificat. Ita Spiritus ſanctus corda piorum

uerbo Dei accendit, exuſcitat, uiuificat & c
latur, & addit credentibus ingens robur ani
propter gloriam Chriſti omnia auſint.

Lex Domini immaculata.

Hactenus eruditißime de propagatione E
gelij, Item de officio Apoſtolorum, Item de Chr
concionatus eſt propheta. Nunc uero de ἐνεργ
& uirtute, ſeu effectu Euangelij concionabitu
cat autem doctrinam Euangelij legem per ἐν
λαγὴν, Vt ſcilicet lectorem de antitheſi adm
at. Vt ſciat Euangelium longe aliam eſſe do
nam, quam legem Moſaicam. Hanc loquendi c
ſuetudinem ſecutus eſt Paul: Gal. 2. Cum inq
Ego per legem legi mortuus ſum, ut Deo u
uam

Q. D. Lex Moſi non potuit homines imma
latos, integros ac perfectos reddere. Sicut Ep
ad Hebræos inquit, ὀυδὲν ἐτελείωσεν ὁ νόμ
Et Paulus Roman. 8. ἐν ᾧ ἠσθένει ὁ νόμος δι
σαρκός. At hæc noua lex Euangelij hoc pr
bit. quod legi erat impoßibile, hoc eſt, homines
maculatos, integros, ac perfectos reddet, eo q
illos regenerabit. Es wird newe menſ
aus jnen machen / qui ſint coram Deo ſine
prehenſione, & macula. Quia omnes qui
plectuntur doctrinam Euangelij, & credu
Chriſtum ſunt coram Deo iuſti, ſancti, imma

ti, ac irreprehenſibiles. Atq; hoc eſt primum Epitheton Euangelij.

Et recreat animam.

Secundum Epitheton Euangelij eſt quod conſcientiam reddit tranquillam ac mentem à metu iræ Dei, & terroribus liberat, & animum ab iſtis internis pauoribus, & angoribus abducit.
Es macht das einer des ſchweren gewiſſens vnd gedancken los wird.
Hoc doctrina legis non poteſt præſtare, quæ tantum terret, accuſat, & perturbat conſcientiam, auget ſenſum peccati, & metum iræ Dei aduerſus peccatum, Deniq; prorſus deſperabundum reddit hominem.

Teſtimonium Domini fidele.

Tertium preconium Euangelij eſt, quod certum ſit, hoc eſt, quod certas reddit conſcientias de uoluntate Dei erga nos. Quia patefacit nobis in Chriſto uoluntatem, & affectum Dei patris. Deniq; docet omnes theſauros ſapientiæ & ſcientiæ in Chriſto abſconditos eſſe. Coloſ: 2. Videlicet. Quod pater hunc filium nobis conſtituit mediatorem, & placatorem noũ μεσίτην ϗ ἱκέτην, Vt omnis qui crediderit in eum, ſit certus de amore & beneuolentia Dei erga ſe, ac ſe factum eſſe heredem uitæ æternæ.

Hec

Hæc demum πληροφορία reddit tranquillam
certam conſcientiam. Das einer in Chriſto
bey Chriſto gewis vnd ſicher ſey. Hæc colla
antitheſi fiunt illuſtriora. Videlicet. Quod lex
dit conſcientias incertas, dubitantes, heſitan
deſperabundas.

Sed hic dicat aliquis. Si lex conſcientias red
incertas. Ergo non eſt docenda? Reſponſio. Fate
dum eſt legem incertas & perturbatas redde
conſcientias ſi Sola, omiſſo Euangelio, prædice
Sed Chriſtus iubet doctrinam Euangelij cum d
ctrina legis coniungere. Cũ ait Matth. 13. Ideo o
nis Scriba doctus ad regnum cœlorum ſimilis
homini patrifamilias qui profert de theſauro ſ
noua & uetera.

Sapientiam præſtans paruulis.

Quartum Epitheton Euangelij eſt. Quod ſap
entes reddit homines qui poſſint primum de o
bus ordinationibus diuinis, ac uitæ generibus re
iudicare, Quia Euangelium docet ac inſerit a
mis hominum rectas, ueras, ac pias opiniones de
omnibus rebus, iuxta illud 1. Cor. 2. ὁ δὲ πνευματι
κὸς ἀνακρίνει μὲν πάντα, αὐτὸς δὲ ὑπ᾽ οὐδεν
ἀνακρίνεται.

Deinde Euangelium mentes erudit ut non m
do Myſterium uoluntatis Dei intelligant, uer
etiam omnes inſidias & technas Diaboli perſ
ciant, ut ſciant quid Diabolus in animo habeat

qu

quid monſtri alat, Sicut teſtatur Pau: 2. Cor. 2. Cum ait, ὀυ γὰρ ἀυτου τὰ νοήματα ἀγνοοῦμεν,

Scriptura paruulos uocat humiles ſpiritu, qui non ſuis uiribus & conſilijs, nec ſua iuſtitia, ſapientia &c. Sed ſola miſericordia Dei confidant, hi ſunt illi quibus Spiritus ſanctus ſapientiam illam donat de qua ſupra dictum eſt.

Mandata Domini recta.

Quintum Epitheton Euangelij eſt, Quod ſit rectum, richtig / quod conſcientias reddit liberas expeditas, eiſq; omnes ſcrupulos eximit, & ab omni angore, moleſtia, perplexitate, ambiguitate, & dubitatione liberat, & plane alio modo eas tractat quam lex, quæ conſcientias ambigentes & ſcrupuloſas facit, ſemper diſcentes & nunquam ad ſcientiam peruenientes.

Aber alhie im Euangelio gehet es richtig zu / Es iſt eine feine hübſche / rechtſchaffne doctrina / die macht die leute auch frölich. Ideo addit.

Lætificantia corda.

Sextum hoc eſt præconium Euangelij, Quod conſcientias exhilerat & pacatas reddit coram Deo.

Præcepta Domini pura illuminantia oculos.

Septimum Epitheton Euangelij eſt, q; oculos cordis illuminat, hoc eſt, tollit illas tenebras & ca-

liginem de mente quam peccatum originale om
um hominum cordibus inuexit, Videlicet, Ignorati
nem Dei, Quia nouos motus cordis parit, ut hom
uere poßit agnoſcere, colere, celebrare, & inuoca
re Deum.

Poſtquam enim uerbum Dei auditum eſt Spi
ritus ſanctus tenebras illas à natura nobis congeni
tas depellit, & nouam lucem agnitionis, timoris &
amoris Dei in nobis accendit.

Hoc ſcilicet tantum beneficium lex præſta
non poteſt, Non enim poteſt illuminare oculos im
magis obtuſos reddit, Quia per legem tantum ſi
agnitio peccati.

Obſeruandum eſt autem, Quod dicit præcept
Domini pura, ut oſtendat Doctrinam Euangelij p
ram, electam, ſanam, & nullis traditionibus huma-
nis contaminatam eſſe. Wie mans auch hei
das lauter rein Euangelion.

Timor Domini purus.

μετωνυμία eſt, quia effectum Euangelij p
ipſo Euangelio ponit.

Octauum Epitheton Euangelij eſt quod pa
ueros, ſinceros, perfectos, elegantes & accep
Deo cultus, feine/ſchöne/ reine Gottesdienſte/
Quia omnia opera credentis ſunt Deo gratiſsim
ſacrificia. Latinus interpres non potuit Empha
ſim Hebræi uocabuli latine reddere. Significat e
nim id quod eſt elegans, Schön vnd rein. Sic
proue

proverbio dicimus. Ein reingliche erbeit/ Ita hic, Es iſt ein reiner Gottesdienſt.

Permanens in ſeculum ſeculi.

Nonum præconium Euangelij. Quia cultus Veteris Teſtamenti non erant perpetui, ſicut Noui teſtamenti cultus iam ſunt, Sed erant tantum figura uerorum cultuum quos docet & tradit Euangelium. Sicut Epiſtola ad Hebræos teſtatur cap. 10. σκίαν γὰρ ἔχων ὁ νόμος τῶν μελλόντων ἀγαθῶν.

Iudicia Domini uera.

Iterum μετωνυμία eſt in uocabulo Iudicia, Ita enim appellat Euangelion, uidelicet, ab officio ſuo, Eſtq; hoc decimum præconium Euangelij quod eiuſmodi cultores Dei reddit, qui ſint ſine ὑποκρίσεως & ſint ueraces, qui Deum in Spiritu ac ueritate adorant, Deniq;, quorum & doctrina & uita uera ſana & ſincera ſit, Es macht rechtſchaffene leute vnd diener Gottes/ & præſtat id quod impoßibile eſt legi, ut homines ex animo & ſumma uoluntate Deum colant, celebrent, eiq; obediant.

Porro ideo Euangelium uocat Iudicia, Quia iudicat & damnat omnem humanam ſapientiam, iuſtitiam, & ſanctitatem.

Iuſtificata ſimul.

Vndecimum Epitheton Euangelij eſt, uidelicet, Quod doceat quomodo coram Deo iuſtificemur, Nempe gratuita miſericordia Dei propter fide in Chriſtum. Eſt in iſto uocabulo Iuſtificata μετωνυμία.

Diſertè autem dicit omnia ſimul iuſtificata, Q. D. nullum uerbum in toto Euangelio eſt, quod non inſignem doctrinam de Iuſtificatione contineat; ſingula uerba Euangelij ſunt tincta aut inſigni aliqua doctrina, aut conſolatione.

Præcioſiora auro & obrizo.

Duodecimum hoc præconium Euangelij eſt, quod præcioſius ſit quouis purißimo auro.

Declarat autem his uerbis, propheta ſuum et ſimul omnium piorum affectum, amorem & ſtudium Euangelij. Quod ipſe & omnes pij longe pluri faciant ac præcioſius ducunt uerbum Dei quam uel immenſam & infinitam uim auri etiam purißimi, ſic & alibi Pſal. 118. Lex tua mihi gratior & antiquior multis milibus auri et argenti partibu Videtur autem propheta ſimul tacite taxare ingenium Mundi, qui nihil præcioſius ducit, nec pluri facit, quam aurum, ut apparet in exemplis filiorum huius ſeculi, qui etſi omnibus copijs referti ſint, tamen non ceſſant quærere & parare magnam copiam auri & argenti, Es iſt der Welt alles vmbs Geld zuthun.

Cæterum quare uerbum Dei præcioſius ſit auro & obrizo cauſæ conſiderentur.

Dulciora ſuper mel & fauum.

Trede

Tredecimum hoc præconium eſt Euangelij, Vt enim nihil dulcius eſt palato, quam mel & fauum Ita afflictis ac terrefactis conſcientijs nihil iucundius, nec gratius conſolationibus Euangelij, Hæc non poſſunt uerbis exprimi, Sed res tota in experiendo ſita eſt. Quare homines præſani non poſſunt ſentire ſuauitatem Euangelij. Sed hi tantum quos lex, ſenſus peccati iræ Dei, terrores mortis, ac tentationes ſatis exercuerunt.

Etiam ſeruus tuus per ea commonefit.

Decimumquartum Epitheton ſeu præconium Euangelij eſt, Quod facit hominem cautum, circumſpectum, uigilantem, & aſſiduum qui primum diligentiſſimè obſeruat omnes conatus, technas, & inſidias Diaboli contra quem ſe πανοπλίᾳ θεοῦ probe munit, & ſemper in timore Dei ambulat, diligenter curans ne hunc cœleſtem theſaurum, quem portat in uaſis fictilibus, amittat, 2. Cor. 4. Nouit enim Diabolum tanquam leonem rugientem circumire ac quærere quem deuoret 1. Pet. 5.

Deinde ſedulo facit uocationis ſuæ officia patitur ſe uerbo Dei admoneri, & caſtigari ſi quando aberrauerit. Deniq; ſemper uerbum Dei in conſpectu habet, Ideo inquit Propheta. Dein Knecht wird durch ſie erinnert. Etenim ſeruus tuus commonefit per illa.

Deſerte autem dicit Seruus tuus, Vt diſcer-

nat pios auditores ab impijs & contemtori uerbi.

Hi enim quo magis uerbo Dei *admonentur, & reprehenduntur hoc magis indurantur, & occæcantur, donec tandem in exitium ruant, ut apparet in exemplis omnium temporum, ut significant exempla* Papiſtarum *& noſtrorum hodie Epicureorum, & ἐπαικτῶν, Qui omnes adeo no emendantur* Euangelio *ut magis etiam irritantur &c.*

Et in cuſtodiendis illis retributio multa.

Retributionem uocat uitam æternam, & omnia illa cœleſtia bona, quæ nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt Eſa. 6 & 1. Cor. 2. Emphaſis eſt autem in uocabulo (Cuſtodientibus) Non enim ſatis eſt, Si quis doctrinam Euangelij amplectitur, amat, & magnifacit, Sed oportet ut eam cuſtodiat ac retineat, Cuſtoditu autem ac retinetur aſſidua lectione, auſcultatio & meditatione & ardentibus precibus, Dein omni genere exercitiorum fidei.

Delicta quis intelligit.
Ab occultis meis munda me Domine &c.

Innumerabilia peccata, uitia, & errores in pij latent, ac hærent, etiamſi ſint iuſtificati & ſanctificati, ſecuri[illegible], φιλαυτία, κενοδοξία, admiratio ſuipſius, uarij & errantes impetus cordis, & affectus uitioſi, ſecuritas in rebus ſecundis, Diffidentia in rebus aduerſis, ἀκηδία, Item omißionis peccata plurima, Et quis omnia illa interna monſtra uitiorum, non dico, enumeret, ſed tantum intelligat aut obſeruet? Hæc conſiderans Propheta, & iſtorum ſpectrorum conſpectu obſtupefactus exclamat dicens Delicta quis, Q. D. Etiamſi doctrinam Euangelij iam habemus, qua iuſtificemur, & ſaluemur, tamen non ita per eam iuſtificari, & mundari poſſumus, quin plurima uitia, & multiplex infirmitas in nobis ſit reliqua.

Non eſt, quod ſimus ſecuri, aut ipſi nobis perſuadeamus, quod omnia uitia extirpauerimus, & carnem prorſus mortificauerimus. Sicut multi ſunt in ea perſuaſione, poſtquam ſacras literas uix deguſtarunt, ſe magiſtros factos eſſe, & Spiritu ſancto abundare. Hæ cogitationes ſunt omnium pernicioſißimæ. Hüte ſich einer für ſolchen gedancken. Quia immittuntur à Satana. Huius rei præclarum exemplum in uitis patrum legimus, de quodam Eremita ſeniore, qui cum gloriaretur ſe carnem ſuam mortificaſſe, Caſtigauit eum alter Noli, inquiens, mi frater hæc de te prædicare, Nondum enim ſatis carnem tuam pernoſti. Paucis poſt diebus iactabundus ille ſenior turpiter lapſus iactantiæ ſuæ pœnas dedit. Sed ad rem.

Petit igitur [illegible] in [illegible] Deus, [illegible] illa [illegible] ut [illegible] ut in [illegible] & Pauli 1. Corinth. 10. [illegible] Qui ſtat, videat ne cadat. Plurimæ ſunt [illegible] inſidiæ, quæ partim à Diabolo, partim à noſtra carne [illegible] parantur [illegible] recte [illegible]. Ideoq; & [illegible] debet. Quia ſi [illegible] eſt, primum & [illegible] illi igitur ſumus [illegible] contra manifeſtum hoſtem diabolum; Sed [illegible] contra [illegible] id eſt, Carnem noſtram [illegible] ne perrecti ne duo illi hoſtes [illegible] lapſu eſt à fide, Propterea quod magna eſt infirmitas humanæ naturæ, [illegible] & [illegible] ſunt inſidiæ carnis & Diaboli. Quare [illegible] propter [illegible] petere Deum [illegible] in reliquis peccatis [illegible]. Quia [illegible] omnes [illegible] affectus, & [illegible] contra legem Dei [illegible], & [illegible] re poſſimus [illegible] Epiſto. ad Heb. cap. 12. [illegible] id eſt, [illegible] de [illegible].

Deinde petimus ut Dominus [illegible] bis confeſſione [illegible] fidei

profeſ-

[illegible] magis magisq́ confirmentur.

[illegible] in hoc versiculo duas grauißimas doctrinas [illegible] mire docet. Quod homi[illegible] Euangelium praelatis seruire in[illegible] suam fidem in eis languesce[illegible]. Deinde docet in [illegible] & [illegible] reliquias peccati.

[illegible] alienis parce seruo tuo.

Vel sic.

Conserua me etiam à superbis.

[illegible] versiculo petiuit, ut Dominus eum [illegible] insidiis carnis & diaboli defendat [illegible] petit ut etiam à falsis doctoribus e[illegible] superbos vocat, eo quod ambi[illegible] spargunt noua & plausibilia do[illegible] veritate pugnant, Sed habent ma[illegible] solent sua illa deliria miris coloribus [illegible] ornare. Detorquentes ad ea opti[illegible] Scripturae. Exempla sunt, Sacramentarij, Anabaptistae & Antinomi &c.

[illegible] in hac voce: Ne dominentur mihi: Petit ne [illegible]αναλογία καὶ χρηστολογίᾳ conscientiam [illegible] perturbent & illaqueant.

Tunc immaculatus ero.

QVOD si veritatem amplexus impiam doctrinam [illegible]fero, tum demum immaculatus, hoc est [illegible] fiero.

[illegible] delicto maximo.

Tum plurimum erro[illegible] & societate horribilium Iudiciorum, quibus contaminati sunt impij.

Innocens manebo à maximo delicto.

Maximum delictum vocat peccatum illud ipsum in quod neceſſe eſt omnes ruere qui impiam doctrinam amplectuntur. Non enim docent iuſtitiam fidei ſed iuſtitiam operum, fiduciam propriæ iuſtitiæ & ſapientiæ, & omnino à Chriſto abducunt, qui cum à Chriſto abductus fuerit, hunc neceſſe eſt in horrendos errores labi.

ET erunt ut complaceant eloquia oris mei.

Eloquia oris vocat doctrinam, meditationem vero cordis precationem. Vtrumque dicit Deo placiturum eſſe. Nam & gloriam Dei illuſtrabit & multos convertet & Deo adducet liberatos à vinculis Diaboli. Nam pius Doctor primum ſua doctrina Regnum Dei amplificat, & multa hominum millia ex faucibus Diaboli rapit. Deinde precibus ſuis multiplicia beneficia à Deo Eccleſiæ & Reipub. impetrat. Econtra vero impij Doctores blaſphemi ſunt erga Deum & pernicioſi hominibus. Quia ſunt vaſa iræ [illegible] Rom. 9.

Docet autem hic verſiculus, oportere ante omnia perſonam Deo placere, ubi enim illa coram Deo iuſta fuerit, tum demum laudatio accepta eſt, omneſque vitæ actiones & afflictiones Deo gratiſſimum ſacrificium, ſicut multa dicta ſcripturæ teſtantur.

Econtra vero ubi perſona Deo diſplicuerit, ibi doctrina, [illegible] uita, omnesq; uitæ actiones, & afflictiones Deo summopere diſplicent, Imo abominatio ſunt coram Deo, Sicut ſcriptum eſt Pſal. 108. Oratio eius fiat peccatum, Item Iohan. 6. Quia peccatores Deus non exaudit. Hæc colligenda ſunt exempla omnium temporum, ut exemplum Prophetarum Baal, qui ſpiculis lacerabant corpora ſua, & tamen eorum oratio ſimul & laceratio corporum abominatio erat coram Deo.

Diſerte autem dicit, Et meditatio cordis mei &c. Vt ſcilicet oſtendat, Quid ſit uera, & efficax oratio, Nempe inenarrabilis ille gemitus, & altiſſimum ſuſpirium, quale erat illud Moſi Exod. 14. Cum ipſe undiq; cinctus periculo ad Dominum ſuſpiraret. Hic eſt enim ille clamor qui totum cœlum replet, animumq; Dei expugnat, Sicut Deus ipſe teſtatur, quum inquit ad Moiſem. Quid clamas ad me? Eiuſmodi precationem, omnes uere pij ſine intermiſſione die nocteq; dicunt ſiue uigilant, ſiue dormiunt, ut teſtatur illud Cant. 5. Ego dormio ſed cor meum uigilat.

Hæc eſt igitur conſolatio, quæ afflictis mentibus proponenda eſt, cum queruntur ſe non poſſe orare, nec integras preces dicere, eaq; re grauiter anguntur. Hi ſciant ſe tum maxime & ardentiſſime pectore orare cum tantum ſuſpirant ad Dominum, ac infimum imo de pectore gemitũ ducunt

Domine adiutor meus & redemtor meus.

Concludit igitur Pſalmũ Exclamatione, quæ & ora tionem, & Confeſſionem fidei continet. Et ſimul docet quo tandē ōnis doctrina, inuocatio, et omnes cultus Dei directi ſint, uid: ad Chriſtū, in quo Deus pater uniuerſos teſauros ſapiētiæ, ſcientiæ, fauoris, et gratiæ poſuit, Tribuit autē Chriſto duo præconia. Primum enim uocat eum Adiutorem ; Quod uocabulum in germana translatione ſignificantiore uerbo redditum eſt, & magis Emphaſin uocis Hebreæ exprimit. Nam Zuri, proprie petram ſignificat, ſeu refugium. Eſt autem Chriſtus illa petra, in qua Eccleſia ſua per uerbum, & Sacramenta fundata eſt, & ſecura acquieſcit contra omnes furores Diaboli, & mundi, Deinde uocat eum Redemptorem, qui à peccato, ira Dei, Diabolo, et à morte æterna credentes in eum liberat. Sic uidemus nullum fere eſſe Pſalmum, in quo non mentio Chriſti fiat, Si minus expreſſis, certe myſticis, ſed ſatis tamen claris uerbis. Deo autem æterno patri Domini noſtri Ieſu Chriſti, toto pectore gratias agamus quod hanc tantam lucem ſacroſancti ſui uerbi nobis donauit, ut ueram & germanam ſententiam non modo Pſalm: Verumetiam totius ſanctæ Scripturæ, iam audire, diſcere, & alijs tradere liceat, Cui ſit laus, honor, & gloria in ſæcula, Amen.

PSALMVS XX.

Exaudiat te Dominus in die tribulationis,
Protegat te nomen Dei Iacob.

Mittat tibi auxilium de ſancto, & de Zion tueatur te.

Memor ſit omnis ſacrificij tui, & holocauſtum tuum pinguefiat, Sela.

Tribuat tibi ſecundum cor tuum, & omne conſilium tuum impleat.

LAETAbimus in ſalurari tuo, & in nomine Dei noſtri triumphabimus: Impleat Dominus omnes petitiones tuas.

Nunc cognoui, quoniam ſaluum fecit DOMINVS Chriſtum ſuum, Exaudiet illum de cœlo ſancto ſuo. dextera eius ſaluat potenter.

HI in curribus & hi in equis, nos autem in nomine DOMINI Dei noſtri inuocabimus.

Ipſi proſtrati ſunt & ceciderunt, nos autem ſurreximus & erecti ſumus.

DOMINE ſerua, Rex exaudiat nos in die qua inuocauerimus eum.

ARGVMENTVM.

ISTE Pſalmus eſt in genere προσευχητικῶν. *Orat enim pro his qui funguntur officio Magiſtratus, ut Dominus eis adeſſe, ſucceßum & uictoriam contra hoſtes ſuos donare uelit, ut ſcilicet in pace, & tranquillitate ſubditos regant. Tradit autem præclaram doctrinam de Magiſtratu, & con-*

tinet magnifica eiuſdem præconia. Primum, Quod hoc uitæ genus Deo placeat. Secundo quod Magiſtratus pij defendantur à Deo.

Tertio quod pro ijs orandum ſit. Quarto, quod hoc uitæ genus plenum ſit ingentium periculorum certaminum, ac difficultatum.

Nam Diabolus acerbiſsime odit, ac extinctas cupit omnes ordinationes diuinas, Inprimis uero tres illas Hierarchias, Eccleſiaſticam, politicam, Oeconomicam funditus conatur euertere. Quocirca in Eccleſiaſtica Hierarchia excitat hæreſes, ſchiſmata, Diſſenſiones, & diſtractiones animorum inter doctores Eccleſiæ. In politica uero Hierarchia excitat bella, cædes, & omnis generis tumultus. In Oeconomica uero uarias item turbas excitat, ut ſcilicet inter maritū & uxorē offenſiones exoriantur, ut liberi feroces & contumaces fiant, ſimiliter ſerui atq; ancillæ. Deniq; ut in triſtiſsimos caſus interdum optimi parentes incidant.

Sic quælibet Hierarchia habet ſuum Dæmonem. Vt igitur quilibet in ſua functione uocationis ſuæ officia prudenter, diligenter, ac recte faciat, ſcilicet ad gloriam Dei, & utilitatem hominum, neceſſe eſt uera & ardentiſsima uota ac preces Eccleſiæ ſemper pro omnibus ordinibus fieri, ut alteri alter manum porrigat, & ut paulino uerbo utar, συναγωνίζῃ in precibus ſuis ad Dominum.

Atq; hæc eſt cauſa, cur Propheta in iſto Pſalmo hortetur ad intentiſsimas preces pro Magiſtratu,

propte

propterea quod ipſi potentiſsimus & infeſtiſsimus hoſtis paratus ſit, qui omnia præclara & ſalutaria opera Magiſtratum interturbare ſummo ſtudet ubi enim publica tranquillitas per Magiſtratum conſtituta fuerit, ibi tum uera doctrina prædicari, & propagari poterit, tum gloria Chriſti illuſtrabitur, & Eccleſia eius ædificabitur, Tum & ſcholæ Chriſtianæ, religio & diſciplina ciuilis uigebunt & florebunt ſub toto cœlo.

Exaudiat te Dominus in die tribulationis.

Primum docet hic uerſiculus Magiſtratum uarijs tentationibus, afflictionibus, ac ærumnis exerceri, cauſa in promptu eſt. Quia Satan nouit quanta commoda per pium Magiſtratum Eccleſiæ Chriſti poſsint importari. Deinde oſtendit unde petendum ſit auxilium, uidelicet à Domino, & ſimul iubet abijcere omnem præſidiorum humanorum fiduciam, neq; cum impijs fœdera facienda eſſe, aut illorum opem implorandam: id quod Deus in ueteri teſtamento grauiſsime prohibuit, ut Deut. 7. ubi prohibet Deus fœdera, & coniugia Idolatricarum Gentium. Huc colligenda ſunt dicta ſcripturæ, ut Pſal. 26. Et cum impijs non ſedebo. Item Pſal. 129. Perfecto odio oderam illos &c.

Poſtremo docet idem uerſiculus functionem Magiſtratus non humanis uiribus aut conſilijs ſed diuinitus regi & fortunari, Ideo diſerte ait.

Exaudi

Exaudiat te Dominus.

Cum enim dicit, Exaudiat te Dominus simul tacite ad precandum hortatur. Quos enim exaudire debet Dominus, eosdem necesse est Deum inuocare, & ardentibus precibus opem ab ipso petere. Quemadmodum in eodem uersiculo propheta, Magistratum ad uigilantiam, & precationem hortatur. Q. D. Sis cautus, prudens, circumspectus, uigilans & aßiduus in precibus ad Dominum, Quia tu habes aduersarium acerrimum, potentißimũ, πολυτεχνώτατον, & mille nocendi artibus instructum qui in omnes occasiones intentus est, ut te euertat.

Protegat te nomen Dei Iacob.

Nunc docet ubi Dominus quærendus & inuocandus sit, uidelicet in eo coetu, & loco, ad quem suo uerbo, & Sacramentis seipsum alligauit. Vt autem in ueteri Testamento uocabatur Deus Iacob, hoc est, Deus illius congregationis, in qua sonabat uera doctrina à patribus Abraham, Isaac, & Iacob, tradita, & propagata. Ita in nouo Testamento uocatur Deus istius coetus, seu Ecclesię, quę docet & confitetur doctrinam Christi, & Apostolorum.

Deinde docet quæ sit piorum uerae tutae propugnationes, & præsidia, Nempe nomen Domini, Sicut & Salomon inquit, Prouerb. 18. Turris fortißima nomen Domini, ad eam confugit iustus, & saluabitur. Hortatur igitur pium Magistratum ut à

Domino auxilium ac defenſionem petat & expectat, & ſimul iubet cum ſuis uiribus, & conſilijs diffidere, Iuxta illud Pſalm. 33. Non ſaluatur rex per multam uirtutem & Gigas non &c.

Illud autem admonendus eſt lector, Vbicunq; in Scriptura nomen Domini occurrit, ibidem etiam tacite fidei mentionem fieri, ſeu fidem requiri. Nam Verbum, ſeu nomen Domini, & fides ſunt duo correlatiua.

Porro hic uerſiculus & doctrinam & Orationem complectitur, Nam hi duo cultus Dei coniuncti eſſe debent, atq; impoſsibile eſt, ut diuellantur. Qui enim docet, eundem & orare ſimul oportet et econtra, Wer da betet / der leret auch ſich ſelbs / vnd andere leute. Alſo ſehen wir das jmer ein Gottesdienſt aus dem andern fleuſſet.

Mittat tibi auxilium de ſancto.

Duplicem doctrinam hic uerſiculus continet. Primum enim docet, quod Deus mirabili modo ſupra & citra omnem captum humanæ rationis pios adiuuet, & glorificet. Nam uocabulum Sancti ſignificat occultum, arcanum, myſticum ac inenarrabilem modum, & plane eiuſmodi quem mens humana excogitare aut præuidere minime queat, Cuiuſmodi ille modus erat quo Deus populum Iſrael educebat ex Ægypto, & de manu Pharaonis liberabat

Ad hunc modum Deus per exiguum manum Gedeonis, uidelicet per 300. uiros tam firmum exercitum Midianitarum profligauit, ac fudit. Cum enim in exercitu Gedeonis 32. millia uirorum eſſent, tantum trecentos ex tanta multitudine iuſſus eſt à deo retinere. Itē hoc eodē mirabili modo Deus Abrahæ filium promiſſum Iſaac donabat. Item hoc mirabili modo Deus Ieroſolymam ab obſidione regis Aſſyriorum Sennaherib liberabat, 4. Reg. 19 Item, Ad hunc modum mirabilem, ac myſticum, Deus Regnum Antichriſti hoc noſtro ſeculo labefecit, ac deſtruere cœpit, uidelicet per hominem obſcuriſſimum & infirmiſſimum & omnibus humanis preſidijs deſtitutum.

Poſtremo hoc mirabili & arcano modo Deus omnes pios uult iuuare, ac liberare omnibus periculis corporalibus & ſpiritualibus.

Ideo autem Deus arcano & mirabili modo opem fert pijs, ut ipſi occaſionem habeant exercendæ fidei & inuocationis. Denn ſol der glaube ſein macht vben/ vnd Gott ſeine wunderliche hülffe beweiſen/ſo mus es heiſſen / Jch weis nicht wo aus/ oder wo ein.

Hæc eſt una doctrina. Altera eſt, Quod in omnibus periculis totam cauſam noſtram Deo commendare debemus, iuxta illud Pſalmi, Commenda Domino uiam tuam, & ipſe faciet, nec de euentu ſimus ſolliciti, Sedulo quiſq; officium ſuum faciat in uocatione ſua, interim gubernationem rerum omnium Deo commendet.

Hanc regulam teneant iam Principes noſtri qui propter defenſionem piarum Eccleſiarum cum Romano pontifice, eiuſq; ſatellitib. bellum gerunt, ut officium ſuum faciant in comparandis copijs &c. Sed ubi uires quam poßint firmißimas collegerint, ſummopere caueant, ne illis nitantur & confidant, Sed Domino negocium totum belli gerendi ac gubernandi commendent, & dicant Domino, Sis tu dux belli. Non enim gladius aut arcus noſter ſaluabit nos. Sed tu ſolus es Domine, qui das ſalutem Regibus, & aufers ſpiritum principibus.

Non enim difficile eſt Deo per exiguam manum firmißimas hoſtium copias fundere & profligare. Er hat dieſe kunſt offt beweiſet / er kan ſie noch.

Et de Zion tueatur te.

Repetitio ſeu Tautologia eſt, Q. D. Non eſt quod humana præſidia ab ullis populis petas, & expelles, Sed de Zion opem feret tibi Dominus, id eſt ex eo cœtu, ubi Deus habitat ſuo Verbo, Promißione & Sacramentis, hoc eſt, de Eccleſia, quæ pro pio Magiſtratu ardentißimo pectore uota facit. Deus enim non niſi in Eccleſia, id eſt, congregatione piorum uult inuocari & exaudire preces. Docet igitur Propheta Deum exaudire preces Eccleſiæ & piorum, & iiſdem precibus moueri ut opem ferat pio Magiſtratui, eiq; uictoriã contra hoſtes donet, Das Gebet der Chriſten muß den Bapſt/ vnd Türcken ſchlahen / Menſchliche Krafft vnd macht wirds nicht allein thun/ *Interim tamen non ſunt abijcienda arma, aut negligendu humana præſidia, quo minus Deum tentemus, Media ſemita incedendum eſt, ita ut nec ad dextram, nec ad ſiniſtram nimium rapi nos ſinamus, Vbi magnæ copiæ paratæ ſunt, non eſt illis confidendum, nec ſi illæ defuerint, deſperandum.*

Memor ſit omnis ſacrificij tui.

Precatur hic ut omnia conſilia, opera & negocia pij Magiſtratus Deo accepta & grata ſint Optat et precatur ut Dominus pium Magiſtratum & ſacrificia eius clementer reſpiciat.

Sacrificia pij Magiſtratus ſunt Timor Dei, & fiducia erga Deum, uera Inuocatio, Item propugnatio ac defenſio, miniſterij Eccleſiaſtici conſeruatio, politicæ iuſtitiæ, publicæ pacis, pudoris, ac libertatis.

Platonis dictum Magiſtratus debet conſeruare pacem, iuſtitiam, pudorem, libertatem.

Sacrificia Veteris Teſtamenti erant Mactationes pecudum.

Noui Teſtamenti ſacrificia ſunt, Mortificatio ueteris hominis ideo addit Propheta.

Et holocauſtum tuum pinguefiat.

Summum & præſtantiſſimum ſacrificium Ve-

teris Testamenti erat Holocaustum, Erat autem figura ſeu typus ueri ſacrificij illius quod in Nouo Teſtamento pij reddunt Domino, uidelicet, Mortificationis carnis, Vt enim in ſacrificio Holocauſti tota uictima igne conſumebatur. Ita in ſacrificio noui Teſtamenti id eſt, Pœnitentia, omnes uitioſi affectus repugnantes legi Dei mortificantur, neq; illa mortificatio ſubito fit, ſed toto uitæ tempore à pijs fieri eam neceſſe eſt.

Ignis quo illi praui affectus id eſt, uetus homo comburatur, eſt ardor Spiritus id eſt, fides.

Sunt igitur ſacrificia noui Teſtamenti in ſpecie hæc: cor contritum & humiliatum Pſal. 50. id eſt, Verus timor Dei, & fiducia erga Deum. Vera inuocatio, & Gratiarum actio, Confeſſio fidei. Propagatio Euangelij, Tolerantia afflictionum, Aſsiduitas in exercendis officijs uocationis. Hæc ſunt uera illa piorum in nouo Teſtamento ſacrificia, quæ alias uocari ſolent ἐυχαρίστικα ſacrificia. Porro unum eſt propiciatorium ſacrificium, quod eſt meritum Chriſti, de quo alias dictum eſt.

Obſeruandus eſt autem Hebraiſmus. Pingue ſignificat acceptum, iucundum, fortunatum, egregium. Hoc Epitheton tribuit Scriptura omnibus ſacrificijs piorum, quod ſint coram Deo accepta, iucunda, precioſa. Hæc per antitheſin illuſtranda ſunt. Particula Sela, uerſiculo addita eſt indicium ardentis & cuiuſdam affectus ſpiritualis. Admoneo autem lectorem ne hunc uerſiculum obiter per *currat. Sed ut ſingula illius uerba diligẽter perpendat. atq; ſciat hic inſignem quandam latere doctrinam, quæ aſſidua lectione, ac meditatione eruenda eſt.*

Tribuat tibi quod cor tuum exoptat.

Hactenus petiuit, ut Dominus pium Magiſtratum eiusq; ſacrificia clementer uelit reſpicere, atq; ita petiuit à Domino ſpiritualia beneficia. Iuxta illud Matth. 6. Primum quærite regnum Dei. Nunc in iſto uerſiculo corporalia quoq; beneficia petit, uidelicet, ſucceſſum in omnib. negocijs & ſtudijs politicis, & uictoriam contra hoſtes qui uel politicam diſciplinam, iuſtitiam, pacem, libertatem pudorem & ſimiles ciuiles uirtutes, & bona ciuilia funditus delere, uel piam doctrinam extinguere, et uaſtare Eccleſiam Chriſti, eiusq; membra trucidare conantur. Optat igitur, et precatur hic Eccleſia, ut Dominus omnia pij Magiſtratus, conſilia, ſtudia, & conatus fœliciter gubernet & fortunet. ſimulq; hortatur piũ Magiſtratum, ut ſumma cum humilitate hæc bona corporalia ipſe quoq; petat à domino. Poſtremo docet nulla quantumuis pulchra, & in ſpeciem ſalutaria conſilia fœlicia eſſe ſine benedictione diuina, h. e. niſi à domino illa regantur & gubernentur, ſicut teſtatur Salomon Prouer. 8. Meũ eſt & conſilium & factũ. Pſal. 32. Dominus diſſipat conſilia gentiũ. Huc colligenda ſunt exẽpla, ut illud Pharaonis qui cũ populũ Iſraël inſequutus delere funditus cogitaret,

ret callidiß: & prudentißimum excogitauit consilium. Nam primum iußit populum immodicis laboribus frangere, quo cum se nihil uideret proficere, aliud excogitauit, uidelicet ut obstetrices masculos infantes in ipso partu necarent, quod cum & ipsum irritum esse experiretur omnes masculos natos in isto populo iußit in flumen conijci.

Postremo cum armatis copijs populum Israel conatur iuxta mare rubrum inermem opprimere ipse in rubro mari submersus perijt cum toto exercitu. Sic omnia ipsius preclarißima cogitata consilia in opprimendo populo Dei infoelicia fuerunt & irrita.

Ad hunc modum & nos hodie Aduersariorum nefaria consilia in delenda doctrina Euangelij, & opprimendis pijs Doctoribus, uidemus irrita ac infoelicia esse. Quia scriptum est Prouerb. 21. Non est prudentia, non sapientia, non consilium contra Dominum.

2. Hoc loco agitari etiam solet questio. Vtrum con[illegible] contemptores, ac persecutores Euangelij orandum sit.

Responsio. Duo sunt genera persecutorum Euangelij. Alij enim sunt sanabiles, qualis erat Paulus ante suam conuersionem. Eiusmodi plures alij fuerunt, qui postquam admoniti & recte de Euangelio instituti fuerunt, persequi illud desierunt. Quare pro eiusmodi persecutoribus orandum est tantisper dum ignorantes, & nondum satis instituti & admoniti persequuntur ueritatem.

Alij autem ſunt inſanabiles qui ſcientes & conuicti agnitam ueritatem perſequuntur.

Non igitur pro illis, ſed contra illos orandum eſt, Quod autem contra obſtinatos & induratos contemtores, & perſecutores uerbi orandum ſit teſtantur plurima dicta ſcripturæ, ut illud Pſalmi 139. Vtinam Deus occideres peccatores, Quia blaſphema de te loquuntur. Nonne qui oderunt te Domine &c. oderam illos & indignor quod tibi reſiſtunt, Perfecto odio oderam illos &c. Item, Pſal. 79. Effunde iram tuam in gentes, quæ te non nouerunt. Item redde inimicis noſtris ſeptuplum in ſinu eorum. Item Pſalm. 82. Imple, facies eorum ignominia, Huc pertinet illud Iohannis 1. Iohan. 5. Eſt peccatum ad mortem, pro illo non dico, ut roget quis. Peccant autem peccatum ad mortem in Spiritum ſanctum. Certum eſt autem omnes induratos perſecutores Euangelij, & omnes obſtinatos peccatores ac impœnitentes peccare in Spiritum ſanctum.

Et quid multis ſcripturæ ſententias opus eſt colligere cum ipſa Oratio Dominica non doceat contra omnes obſtinatos perſecutores uerbi orare. Cum ait Sanctificetur nomen tuum, Adueniat regnum tuum, fiat uoluntas tua: ibi ſimul orat Eccleſia ut Deus deleat eos qui obſtant quo minus nomen Dei ſanctificetur, regnum eius adueniat, & hic impleatur uoluntas ſua: ſicut fit, quando conuertat ſi ſunt ſanabiles, aut confundat, & perdat ſi contra conſcientiam peccare pergant. Ex his clare apparet uerum precationem ſemper cum imprecatione coniunctam eſſe, Quemadmodum & uera doctrina nunquam ab increpatione ſegreganda eſt.

Omne conſilium tuum impleat.

Hoc eſt omnia conſilia tua fortunet ac uoti te compotem reddat.

Gloriamur in ſalute tua.

Et in nomine Domini ſigna proferimus ſeu erigimus.

Vocabuli Gloriari, mira Emphaſis eſt apud Hebræos, Non enim ſignificat uanam fiduciam & confidentiam. Sed exhortantis uerbum eſt, ut ſcilicet fiducia diuini auxilij pugnemus.

Nunc incipit Propheta deſcribere utrorumq; & piorum & impiorum principum exercitum & facit Antitheſin. Et primum quidem deſcribit πανοπλίαν piorum, & oſtendit quibus ipſi præſidijs ac copijs freti bellum gerunt, uidelicet, Gloriamur in ſalute tua, & in nomine Domini ſigna erigimus. Unſer weſen/macht/krafft/ſtercke/ſtehet auff den namen des HERRN/oder auff Gottes hülffe.

Docet autem hic uerſiculus, quibus rebus freti pij Principes bella gerant cum hoſtibus ſuis. Nituntur nomine Domini id eſt promiſſionibus Dei, & in-

& inuocatione nominis diuini confiſi ac freti conſcribant exercitus,& arma capiant contra hoſtes ſuos, Et licet firmiſſima præſidia & magnas copias compararint, magnumq; robur militum habeant: tamen abiecta omni humanarum uirium fiducia ſumma cum humilitate coram Deo, μέτα φόβου ϗ τρόμου, ut Paulus inquit, copias ſuas educent in aciem imitantes exemplum Dauidis, & aliorum piorum Regũ ac principum exempla, Hortentur item ſubditos ac milites ſuos, ut prius pœnitentiam agant, quam gladium in hoſtem ſtringant.

Deinde docet idem uerſiculus, quod minimum momenti in armis, bombardis robore militum, uiribus ac præſidijs humanis ſitum ſit, Sed diuinitus donari uictoriam, ut oſtendunt plurima teſtimonia ſcripturæ. Vt illud Pſalmi 33. Non ſaluatur rex per multam uirtutem, & Gygas non ſaluabitur in multitudine uirtutis ſuæ. Fallax equus ad ſalutem, & magnum eius robur non liberat &c. Ecce oculi Domini ſuper timentes eum &c. Item, Pſalm. 43. Non .n. in arcu meo ſperabo, & gladius meus non ſaluabit me. Item, Pſal. 59. Vana ſalus hominis, in Deo faciemus uirtutem, & ipſe ad nihilum rediget tribulantes me &c. Huius generis plurima teſtimonia paſſim extant in ſacris literis, quæ oſtendunt ſucceſſum in bellis gerendis, ac uictoriã non in magnis copijs, & firmiſſimo militum robore, ſed in benedictione Domini ſitam eſſe. Das es nicht liege an groſſer rüſtung/vñ menſchlicher macht/kraft vnd ſtercke / ſondern daran das Gott mit im ſpiel ſey/vnd forne an der ſpitze. Vt ipſe ſit Dux belli, ubi enim Dominus exercitum duxerit, & gubernarit, ibi non modo pijs bellatorib. addere ſolet animum, uerumetiam hoſtib. noſtris terrorem incutere, Vt etiamſi uiribus ac præſidijs humanis longè ſint ſuperiores: Tamen adeo exanimentur metu, ut non auſint prælium cum hoſtibus committere, ut nec gladium ſtringere, nec arcum poſſint intendere, nec horrida arma tractare, Das jn zugleich hertz vnd hand dahin ſincke vnd gar entfalle. Vt territi deniq; fugam capeſſant. Iuxta illud Pſalmi 76. Ab increpatione tua Domine, equus & currus ſomno opprimuntur.

Huc pertinent iam exempla, ut illud 4. Reg. 7. ubi Dominus terrorem Syrijs, qui obſidebant Samariam, incuſſerat, ut ſibi ſonitum curruum & equorum, & ualidi exercitus audire uiderentur, atq; ita metu exanimati, fugerent, Ecce mercede conduxit aduerſũ nos rex Iſrael reges Hetheorum & Ægyptiorum, & uenerunt ſuper nos, Surrexerunt ergo, & fugerunt diluculo, & reliquerunt tentoria ſua, & equos & aſinos in caſtris &c. Item 1. Reg. 14. admodum illuſtre huius rei exemplum legimus, ubi ad ſtragem 30. uirorum quam Ionathas cum ſolo armigero ſuo comitatus fecerat, totus exercitus Philiſtinorum fugitando fugere cœpit, Quia Dominus: ut textus inquit; terrorem Philiſtimis incuſſerat.

Simile exemplum libro V. Tripartitæ Hiſtoriæ cap. 45. ſcriptum extat. De ciuitate quadam Niſibi, quam cum rex Perſarum Sapores obſidione premerit, & iam aut deditio facienda eſſet, aut ciuibus fame pereundum, Deus mirabiliter ſanctam iſtam ciuitatem ſeruauit, & hoſtilem exercitum profligauit, Nam cum iam hoſtibus reſiſti non poſſet amplius humanis uiribus, Vir pius, Iacobus Epiſcopus Eccleſiæ precibus impetrauit à Domino ut ipſe per Cyniphes & culices diuinam ſuam potentiam & diuitias declararet, & coſentibus eium opem ferret, uix ſimulatq́; preces ſuas dixerat, tanta uis Cyniphum et Culicum Camelos et equos Perſarum inuaſit, ut uim puſillorum iſtorum animalium non ferentes, ſeſſores ſuos excuſſerint, & acies perturbarint, atq́; ita urbs obſidione, hoſtibus profligatis, liberata eſt. In eadem hiſtoria mirabilem uiſionem ſcriptor commemorat, uidelicet, Quendam imperiali ſchemate amictum in muro ſtantem uiſum fuiſſe, & ab ipſo Perſarum rege conſpectum. Qui haud dubie fuit Angelus Domini qui miſſus à Deo, Cyniphes illos & Culices immiſit Camelis & equis, & hoſtibus terrorem incuſſit &c.

Admonet autem nos hæc hiſtoria, Chriſtum pro ſuis excubias agere, & eos mirabili modo ſupra et extra captum humanæ rationis liberare &c. Iuxta illud Pſalmi 4. Mirifice Deus gubernat Sanctos ſuos &c.

Diſerte autem dicit, In nomine Domini ſigna proferimus uel tollimus.

Significat autem Propheta Dauid ſe non ſolum pro Republica ſeu Politia. Sed multo magis pro uera Religione, pro uera doctrina, ueriſq; cultibus Dei pugnare. Quia Magiſtratus non modo defenſor & cuſtos eſt politiæ. Verum etiam Eccleſiæ ac ueræ religionis quod ad externam diſciplinam attinet. Quare ad officium pij Magiſtratus pertinet ut non minus contra hoſtes Euangelij, qui uaſtare pias Eccleſias, & ueram doctrinam conantur opprimere, quam aduerſus illos, qui publicam pacem turbant, & latrocinium exercent, arma capiant.

Quia uero & locus admonet, uiſum eſt hic Quæſtionem aliquam agitare. Videlicet, Vtrum pio principi liceat alterius pij principis, quem Imperator indicta cauſa damnauit & proſcripſit, regionem armis inuadere & occupare, præſertim cum ſocietate ueræ religionis, conſanguinitate, & alijs uinculis amicitiæ cum eo coniunctus ſit.

Reſponſio. Quod hoc bona conſcientia facere id nequeat, plurima argumenta poſſunt colligi. Sed pauca recitabimus.

Primum. Cum conſtat regionem pij principis amplecti, fouere, propagare & profiteri doctrinā Euangelij, & alere, ac tueri multos pios & præclaros Doctores & propagatores purioris doctrinæ, qui ampliſſime, & de præſenti ſeculo, & de po-

ſteritate meriti ſunt &c., nullo modo iſtam regionem hoſtili manu, uel quouis alio pacto licet pio principi inuadere, & occupare, quo minus ſcilicet contriſtet Spiritum Sanctum. Porro contriſtare Spiritum Sanctum, hoc eſt pios Doctores & auditores uerbi in acerbiſſimum mœrorē, & luctum conijciunt. Epheſ. 4. καὶ μὴ λυπεῖτε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῦ θεοῦ.

Secundum. Deus ſummopere diligit, reſpicit, curat timentes eum, & qui ſacroſanctum uerbum eius ſumma reuerentia, gratitudine, amplectuntur, magnifaciunt, & ſumma conſtantia profitentur, & propagare ſtudent, Solcher nimpt ſich Gott mit ernſt an/ nec ferre ullo modo poteſt, ut quis eos afficiat iniuria, aut contriſtet, nam omnem illorum afflictionem, & iniuriam ſuam eſſe ducit. Sicut diſertè ipſe teſtatur per prophetam Zachariam 2. Qui uos tangit, tangit pupillam oculi mei. Item Actorum 9. Chriſtus ad Saulem perſequentem Eccleſiam eius inquit. Saule Saule, quid me perſequeris. Item, Pſal. 116. Precioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum eius. Huc & ſimilia dicta pertinent &c.

Quod autem Deus grauiſſime offendatur, ſi quis aliquem pium contriſtat, aut alioqui iniuria afficit. Significat exemplum Nabath, cui Rex Achab uineam eripuerat 3. Reg. 21. eumq; lapidari curarat. Verum Rex Achab haud impune id tulit, it, ſed poſtea grauißimas huius iniuriæ & parricidij pœnas dedit. Hinc natum eſſe arbitror prouerbium illud Germanicum. Es iſt mit den heiligen nicht gut ſchertzen.

Tertium. Quod eiuſmodi princeps, qui iuſſu aut rogatu Imperatoris, pij illius principis proſcripti &c regionem inuaſurus eſt, horrendum ſcandalum excitaret. Haud enim obſcurè oſtenderet, ſe colludere cum Papa, & omnibus acerrimis hoſtibus Eccleſiæ Chriſti, & mutuas cum illis organis Diaboli operas tradere, in opprimenda doctrina Euangelij, ac delenda uera Eccleſia.

Chriſtus inquit Matth. 18. Væ homini per quem uenit ſcandalum. Certe hæc uox Chriſti non ſolum corporales. ſed æternas pœnas comminatur, omnibus ſcandalorum autoribus.

Quod autem maius & horribilibus & pernicioſum ſcandalum eſſe poßit, quam ſi ipſo facto declares, te cum omnium acerrimis hoſtibus ac perſecutoribus Euangelij conſpirare, teq́ illorum eſſe ſatellitem ad exercendam multiplicem Tyrannidem in Eccleſia, Politia, & Oeconomia, ut omnia cædibus miſceantur. Quid hoc enim aliud eſt, quam fœdus facere cum Diabolo? Non enim hic unum aut alterum pium offenderis, Sed uniuerſas pias Eccleſias. Ja viel tauſent Chriſten. Imo totum chorum Angelorum in cœlo.

Quod ſi ſatius illum, qui [illegible] ſcandalizauerit [illegible] ipſi eſſe [illegible] naria de collo ſuo ſuſpenderetur, & ipſe demerga- tur in profundum maris. Quanto plus [illegible] tur is qui omnes pios in terra, & omnes Angelos in cælis ſcandalizauerit, & conturbarit?

Quoniam Deus in ſcriptura grauiſſime dam- nat, pijs principibus ac populis præcepit, ne cum idololatricis regibus, principibus, ac populis fœdera faciant, aut connubia iungant, ſed iubet eos illo- rumque ſocietatem & amicitiam ſummopere fu- gere, vitare, & auerſari, & abominari; ut Pſalm. 25. Non ſedi cum concilio vanitatis, & cum ini- que agentibus non introibo. Odiui Eccleſiam mali- gnantium, & cum impijs non ſedebo. Item Pſalm. 15. Qui impios negligit. Wer die Gottloſen ach- tet nicht / *Item Ioſue 23. De connubijs & fœ- dere idololatricarum gentium ſeueriſſime prohibe- tur populo Iſrael, & tamen ſucceſſum atque victoriam in bellis ei denegat, ubi cum idololatricis gentibus ſe coniunxerit. Sic enim ſcriptum eſt. Quod ſi volueritis vos & ipſi adhærere gentibus, quæ re- liquæ ſunt, & cum eis contraxeritis connubia, iam nunc ſcitote, quod Dominus Deus veſter non eas deleat ante faciem veſtram, ſed erunt vobis in la- queum, & pedicam, & ſudem in latere veſtro, & ſpinam in oculis veſtris, donec vos auferat & diſ- perdat de terra hac optima, quam tradidit vobis, &c. Item Deuteron. 7. Non inibis cum eis fœdus,*

nec miſe-

[illegible] ſociabis cum eis coniugium: [illegible] filio tuo, nec filiam illi- [illegible] ſeducet filium tuum ne [illegible] alijs, iraſceturq́; furor [illegible] [illegible], dicatq́; hoc praecē- [illegible] pertinere, ſunt ad nos [illegible]: Nunc certe Cerimonialia nec [illegible] ad nos pertinent: Tamen hoc conc[illegible] Generibus praecepti de uitan- dis fo[illegible] et connubijs idolatricarum Genti- um ad [illegible] temporum homines pertine- re [illegible] de hoc praecepto dicendum eſt, quod de [illegible] dici ſolet, uidelicet non ſpeciem, Sed [illegible] praecepti ad nos in nouo Teſtamen- to pertinere.

[illegible] autem hi qui cum idolatricis gentibus, [illegible] ſeſe coniungunt, nullum ſuc- [illegible], teſtatur exemplum populi Iſrael, qui [illegible], quoties cum idolatricis gentibus ſeſe [illegible] eſt. Huc pertinet illuſtre illud [illegible] Iudae Maccabaei, qui mirificos ſucceſſus in [illegible] Antiochum Epiphanem habuit, at- que [illegible] uictorias obtinuit, donec mandato diuino obtemperaret. Verum illico poſtquam foe- dus cum Romanis feciſſet, infoeliciſſime pugnauit, [illegible] tandem ipſe cum duobus fratribus Ionatha et Simone miſerrime perierit. Wie gar jemer- lich kam der groſſe theure Man vnnd Judas

[illegible]
[illegible]
gen [illegible] bergen [illegible]

[illegible]
dere, per [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] de [illegible]

Impleat Dominus omnes Petitiones tuas.

Q. D. [illegible] pro [illegible] tis, & pro [illegible] pro [illegible] [illegible] ac [illegible] Dei [illegible] et.

Caeterum [illegible] superiorem [illegible] ut pios admoneam: in omni gubernatione Ecclesiastica, Politica, Oeconomica opus esse assidua [illegible] graui precatione, & [illegible] satis [illegible] [illegible] [illegible] salutaris [illegible] vij experimur. Vt ipse nobis adsit sua protectione ac benedictione, sed multo magis in initio [illegible] cationis ac negocij preces neganda esse/ Denn [illegible] gilss allweg [illegible] vnd fleissig bitten. Propterea quod Satan initio, medio, ac fine [illegible] sanctissimorum & saluberrimorum negotiorum & operum vehementissime solet insidiari, [illegible] Quare nullum impedimentorum genera obijcit [illegible]

[illegible] deterreat, aut à pio & ſalutari [illegible] auocet, aut certè retardetur. Vt [illegible] populi Iſraëlitici qui pri[illegible] ſuo ceperat, cum per[illegible]. Verum poſteà in ſolitu[illegible] in exemplo Moiſi qui [illegible] fortiter [illegible] ad extremam [illegible] cœpit. Item in exemplo Sampſonis [illegible] res heroicas & ſalutares geſſiſſet [illegible] & muliercula dementatus fœdè lapſus eſt. Item in exemplo Saulis cuius miſſa [illegible] Verum exitus plane fuit tragicus. Item in exemplo Salomonis, qui poſtquam [illegible] documenta & pietatis & prudentiæ in [illegible] gubernatione ſua dediſſet, ad extremum [illegible] voluptatibus totum ſe tradidit: Sed etiam in gratiam concubinarum idolis ſacrificauit, qui quidem lapſus & turpitudinis & ſcandali plenus eſt.

Sed dicet aliquis. Quare Deus ſinit interdum [illegible] gubernatione ſua Eccleſiaſtica, Politica, & [illegible] infeliciter habere ſucceſſus.

Reſpondeo. Certo conſilio Deus interdum pios in negocijs præclariſſimis & ſaluberrimis non ſinit proſperos habere ſucceſſus aliquandiu. Primum, ne in ſecuritatem, ſuperbiam, aut præſumptionem ruant. Hæret enim in Sanctis adhuc multiplex infirmitas. Deinde ut fides eorum & inuocatio exerceantur. Poſtremo, ne propriæ ſapientiæ te ſua conſilia [illegible] lium.

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in medio [illegible] ſe vocatio [illegible] [illegible] [illegible] dotes fuiſſe legimus, ut hoc pacto in humilitate [illegible] tinerentur.

Nunc cognovi quod Dominus ſalu

Regem ſuum.

In media precatione plus experitur, et ſen[illegible] ſolationem Spiritus ſancti [illegible] [illegible] exauditum a Deo [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] nunt paratum eſſe auxilium. Itaque quaſi in media [illegible] habet auxilium Dei, quod [illegible] [illegible] [illegible] ſenſum poſitum eſt. Iuxta illud Pſalmi 56. In qua cunque die invocavero te, ecce cognovi quoniam D[illegible] meus es.

Continet igitur hic locus egregiam et iucun

da

[illegible] Quod impij diligen-[illegible] ſis infamant, de Deum quidem [illegible] ti pectora [illegible] in medio conatu actionum ſuarum & in media [illegible] præſentiam, & auxilium Dei [illegible]. [illegible] fructum ſeu uirtutem fidei [illegible] id eſt, Certitudinem [illegible] ſtatuant [illegible] Das ſie gewis ſein her[illegible] ſo das ſie einen gnedigen [illegible] zu Gott und allen gnad [illegible] / wenn ſie jn anrüffen. Talis [illegible] in ſancto patriarcha Abraham [illegible], ſpem quod ideo ſe patrem fore [illegible], [illegible] πληροφορηθεὶς ὅτι ὃ ἐπήγγελται [illegible] καὶ ποιῆσαι.

[illegible] opponendam eſſe [illegible], quam docent impij Sophiſtæ.

Et exaudiet illum in cœlo ſancto ſuo.

Tribus [illegible] Eccleſia, primum uocat eam ſanctum [illegible], Deinde Zion, Poſtremo, cœlū ſanctū [illegible] Sancti & Zion, Supra ſatis [illegible] uocabulum cœli explicandum. [illegible] ac lux per Metaphorā. [illegible] ampliſsime ſuo ambitu terram et omnia [illegible] ſunt complectitur, Ita inenarrabili [illegible] gratia Dei in Chriſto exhibita, omnia qui ſunt in Eccleſia, hoc eſt, congregatione piorum complectitur, & fouet, nec ſinit quenq;

[illegible] Christianos sese [illegible]

[illegible]

Deo [illegible] potenter opitulatur.

[illegible] Dei [illegible] verbo Dei [illegible] ad humana præsidia pertinent [illegible] se hostibus suis, & dicit, Deum [illegible] opitulatur. [illegible] Et iam [illegible] Propheta hostium [illegible] tentiam, robur, vires, copias, ac exercitum [illegible] re, & ait.

Hi in curribus & in equis.

[illegible] Ecclipsis est; Deest enim verbum [illegible] Nomine curruum & equorum complectitur [illegible] pro maligna [illegible] equis nitebant. Omnia quæ ad firmum [illegible] pertinent, robur militum, multitudinem equorum & armorum [illegible] auri atque argenti [illegible] nervos belli vocant, [illegible] potentissimorum regum & Principum, auxilia [illegible] Hæc autem omnia Propheta [illegible] nihil quicquam valere, [illegible]

[illegible] potentiam Dei [illegible]
[illegible] ista gentis, fortissima praesi-
[illegible] appellat uirum & equos
[illegible] & equi ad diuina prae-
sidia [illegible]

[illegible] solatium huma-
[illegible] praesidium illorum, inquit,
[illegible] eine schöne rüstung. No-
[illegible] sunt nomen Domini Q. D.
D[illegible] protector & saluator, ducit &
gu[illegible] exercitum, qui uno uerbulo suo
uers[illegible] hostium nostrorum potest
frang[illegible] est qui unico uerbo coelum &
terram [illegible] quae in eis sunt, creauit. Sicut
scri[illegible] psalmo 32. Verbo Domini coeli firma-
ti [illegible] oris eius omnis uirtus eorum. It-
e[illegible] ipse dixit & facta sunt, Denique Do-
[illegible] qui aufert Spiritum Principibus.

[illegible] aliquis, Tamen & pij in bellis utun-
tur [illegible] & equis, & id genus tormentis belli-
cis?

[illegible]. Vtuntur illis uelut medijs quibusda-
d[illegible] Deus successum & uictoriam donare
s[illegible] apparet in exemplo Iosuae, Gedeonis, Daui-
dis [illegible] enim per media abs se ordinata &
[illegible] omnia beneficia & spiritualia, & cor-
pora[illegible] largitur. Victum & amictum per la-
[illegible] sudore uultus nostri donum prophetiae
[illegible] intellectum scripturae per lingua-

rum

[illegible] ſcripturæ ſenſu, magno animo

[illegible]

[illegible] & deiecti ſunt, nos autem

[illegible] ſtabiliti ſumus.

[illegible] triumphantis & canentis [illegible]

[illegible] uiſibilem. Cum enim fides ſit

[illegible] ἔλεγχος

[illegible] uerbo promiſſionis & Spiritu

[illegible] quæ coram carnalibus oculis ap-

[illegible] ſtatuit ſe ea [illegible] eſſe

[illegible] exemplo Abrahæ conſpicitur, qui

[illegible] & uxor eius ſterilis, tamen

[illegible] ſe promiſſam ſobolem ex ea ſuſce-

[illegible] ſe uiuere, ſic nos credimus, ſpera

[illegible] corpora noſtra in nouiſsimo die

[illegible] in terram, & puluerem

[illegible]

[illegible] ad omnis generis afflictiones

[illegible] accommodanda eſt. Quoties enim

[illegible] aut Diabolus, aut mors, aut conſci-

[illegible] hanc ſententiam apprehenda-

[illegible] horrendis ſpectris peccato, morti, Dia-

[illegible]

[illegible] eſt in his uerbis, ipſi corrue-

[illegible] enim hoſtes noſtros initio pugnæ

[illegible] ſtetiſſe, Verum in medio conatu

& [illegible] eſſe, more conchæ, quæ in medio co

[illegible] Pſalm. 58. qui egregie pingit furo-

rem [illegible] hoſtium Eccleſiæ, quinq; ſimilitu-

[illegible] à tormentis, [illegible] cha, aheni, & ſpinis aridis.

Secundò vero docens eadem verba pios ſubito quidem infirmos eſſe, & pluribus uti impedimentis, atque quò minus felices ſint rerum eventus, & ſuccedà. Nam vocabulum Incurvari ſignificat infirmitati, Sed in media pugna, [illegible] ſtatuò confirmari & corroborari, ut oſtendunt hæc verba Nos erecti ſumus.

Du haſt nicht zugelaſſen/das ſie jren willen ſchaffen. Non permiſiſti, ut conatus ſuos conficerent, atq; explerent animum. Nam ipſi hoc ſummis uotis exoptabant, ut perpetuo exularem, ac mæſtitia extinguerer, Das were jres hertzen freude vnd wonne geweſen. Hanc inimicorum meorum ἐπιχαιρεκακίαν confudiſti & conuertiſti

in luctum ac mœrorem. Sie ſind darüber zu bo
den gegangen/Als Saul/Doeg/Achitophel/
Abſolon/ Ich aber bin blieben vnd wider i
meinem Reich / ehr vnd herrligkeit kom
dazu wider frölich worden/ſolchs hab ich d
allein zu dancken / mein aller liebſter Got
Ipſi miſerrimè perierunt, ut Saul, Doeg, Achi
phel, Abſolon. Ego autem ſaluus ac lætus in regn
meum reſtitutus ſum.

Tertio, quod non modo animo, ſed etiam corp
re imbecilli & ægroto fuerit. Ideo dicit: Et ſana
ſti me. Nam dolor animi omnes uires corporis la
befactat & conficit, ſicut teſtatur Salomon: Tri
ſtitia medullas exiccat. Econtra uero animus læt
ut Poeta inquit, etiam corpus ualere facit.

Quarto, quod horrore mortis & iræ Dei, &
doloribus inferni conflictatus fuerit. Ideo dicit: De
duxiſti ab inferno animam meam, uiuificaſti me
deſcendentibus in lacum.

Pſallite Domino ſancti eius, gratias agite,
& celebrate ſanctitatem eius.

Hæc eſt ſecunda pars huius Pſalmi, uidelicet
ἀποϛροφὴ ad totam Eccleſiam, quam Propheta a
gratiarum actionem hortatur, & iubet eam ſecum
unà Deum celebrare, Quod ipſe non ſit Deus hy
pocritarum, ſed uerè piorum & ſanctorum, quos
diligat, reſpiciat & ſaluet, iuxta illud, cum ſancto
ſanctus eris Pſal. 18.

Nam hoc ſummis uotis exoptant uerè pij, ut
omnes

omnes homines immenſam miſericordiam, & bonitatem Dei ita poſſent agnoſcere ac celebrare, ut ipſi agnoſcunt ac celebrant atq; ex animo precantur, ut omnes ad ueram Dei notitiam perueniant. Sie wolten gern / vnd wündſchen von hertzen/das alle welt ſolt wiſſen/wie groſſe wolthat jn Gott erzeiget hat/ vnd wie ein frommer/freundlicher/ vnd trewer Gott er ſey allen die jn fürchten/vnd jm vertrawen.

Quoniam momento durat ira eius.

Subijcit adhortationi doctrinam, Quia docet, ac perſuadere conatur pijs adflictis, Deum non illis iraſci, aut alienum eſſe, ſicut ipſi imaginantur in ipſo paroxiſmo tentationis & afflictionis. Et ut maximè iraſcatur, tamen uix momento durare iram eius. Q. D. Eſt paterna ira, cum uos affligi ſinit, ut hoc pacto ad pœnitentiam uos inuitet,

Videtur autem Propheta tacitè collationem facere iræ, & miſericordiæ Dei. Et uult dicere: Si quis magnitudinem miſericordiæ & bonitatis ſuæ ad iram eius conferat, intelliget iram eius uix momentaneam eſſe.

Econtra uero miſericordiam immenſam ac perpetuam. Sicut & Eſaias inquit 54. Ad punctum in modico dereliqui te, & in miſerationibus magnis congregabo te.

in momento indignationis abſcondi faciem mea parumper à te, & miſericordia ſempiterna miſeratus ſum tui. Huc pertinet illud Pauli 2. Corinth. 4. Præſentes tribulationes noſtræ momentaneæ ſupra modum in ſublimitate, æternum gloriæ pondu operantur in nobis.

Et uita in uoluntate eius.

Hoc eſt, Deus non delectatur hominum interitu, ſed uult, ſicut Paulus inquit, omnes homines ſaluos fieri. Ezechielis 33. Viuo ego dicit Dominus, Nolo mortem peccatoris, ſed ut conuertatur & uiuat. Es iſt Gottes hertzen luſt vnd freude/ dz er dz menſchliche geſchlecht/ ſo durch Adams fall in tod vnd allen jammer vnd hertzleid gefallen iſt/ ſol wider draus helffen/ vñ es zu recht bringen. Quod autem Deus immenſo quodam ac inenarrabili amore generis humani flagret, illuſtre documentum dedit. Primum quod hominem a imaginem ſuam condiderit. Deinde quod unige tum ſuum filium pro nobis uictimam fieri uoluer Poſtremo quod ſpiritum ſanctum in corda noſtra effuderit clamantem: Abba pater. Deniq; quod uniuerſas opes cœleſtes nobis donarit, ut interim beneficia corporalia taceam, quibus nos cotidie cumulat. Quocunq; igitur pij ſeſe conuerterint, paſſim illuſtria amoris Dei erga ſe ſigna ac teſtimonia illis occurrent, & cogentur cum Propheta exclamare: Miſericordia Domini plena eſt terra, Pſal. 33

Ad uesperum demorabitur fletus & ad matutinum lætitia.

Hic locus etſi ad literam quoq; ſat commodè poßit exponi, mihi tamen magis placet ſenſus allegoricus, ut de illa perpetua uicißitudine afflictionum ac liberationum, quæ pios ſemper excipit, intelligatur, ut ſit ſententia: Quantumuis dura, aſpera, atrox & intolerabilis ſit afflictio ſiue tentatio, quæ pios premit & cruciat, tamen non durabit perpetuo, ſed eſt coram Deo momentanea. Deus enim illos inde liberabit tandem mirabili modo. Interim uero, dum tentatio ſeu afflictio eos premit pater miſericordiarũ, et Deus totius conſolationis dabit euentum, ut perferre poßint. Firmabit enim eorum pectora, & ſpiritu ſuo ſancto ita corroborabit, ut illam molem afflictionum ſuſtineant. Cæterum quo conſilio hanc uicißitudinem afflictionum ac liberationum pios experiri uelit, non eſt iam locus & tempus oſtendere.

Ego autem dixi in proſperitate mea: non mouebor in æternum:

Hic pingit affectum eorum qui ex portis mortis liberati ſunt. Hi enim, maxime uerò qui ſunt tyrones in hac ſpirituali militia, poſt liberationem, hoc eſt, ubi ex aſperrimis tentationibus & afflictionibus, beneficio uerbi Dei ac fidei, tandem eluctati ſunt, iam prorſus debellatum eſſe arbitran tur, tantumq́; robur fidei collegiſſe ſibi uidentur, & facili negocio poſthac Diabolo, carni, mundo, & omni tentationum generi poßint reſiſtere, ac inſultare.

Verum iidem, ubi Deus faciem ſuam abſconderit, hoc ē. ubi ab illis receßiſſe ſe ſimulauerit, vnd laſſet ſie allein mit dem Teuffel / ſünde / tod vnd ſchweren gedancken / ringen vnd kempffen / tum demum experiuntur, ac ſentiunt quanta humanæ naturæ ſit imbecillitas, & quam longe adhuc abſint ab illa perfectione, quam ſe aſſecutos eſſe putabant, & quod ne leuißimam quidem tentationem ſine auxilio Dei uincere poßint. Et cum Pſalmographo orabunt dicentes: Libera me Domine à perſequentibus me. Quia confortati ſunt ſuper me. Denn ſie ſind mir zu mechtig. Pſalm. 142. Atq; illud Chriſti Ioan. 15. tum demum probe intelligent: Sine me nihil poteſtis facere. Obſeruanda eſt autem phraſis ſcripturæ, quæ faciem Dei uocat præſentiam Dei, econtra auerſionem faciei ſuæ uocat deſertionem Dei.

Ad te Domine clamabo & ad Deum meum deprecabor:

Iam oſtendit quomodo in afflictionibus ſeſe geſſerit, uidelicet, Quod non indulſerit his mortiferis cogitationibus, ſed illico ad preces decurrerit. Diſerte autem dicit: Ad te Domine clamabo, ut oſtendat ſe uehementer preces ſuas intendiſſe &

urſiſſe. Nam Clamor in Scriptura ſignificat ingentem illum ardorem animi ac gemitum cordis in precando; das innerliche hertzlich ſeufftzen zu Gott.

Et ſic ſuo exemplo hortatur pios,ut in calamitatibus ac periculis fortiter ac indeſinenter Deum inuocent,& diſcant eſſe importuni ac impudentes adoratores,nec ceſſent inſtare precando,obſecrando,gemendo & clamando ad Deum,donec aut liberationem,aut mitigationem experiantur. Iuxta parabolam de amico,qui intempeſta nocte ad amicum ſuum uenerat,petens ab eo panes Luc.11. Item illam alteram de uidua,quæ non deſtitit orando et interpellando iniquum iudicem , donec ei opem ferret Lucæ 18.

Magni autem laboris & ſapientiæ eſt, in calamitatibus ac ærumnis Deum inuocare, quem Diabolus & cor tuum tibi iratum eſſe clamitant, & tuam indignitatem exaggerant. Kunſt iſts/ ſage ich/ in nöten Gott von hertzen anruffen / vnd an ſeinem wort feſt halten / vnd das Gebete ſtarck treiben. Nam multa & uaria impedimenta inuocantibus obijciuntur,ſcilicet: Contatio , noſtra indignitas,hæſitatio,impoßibilitas, ſeu difficultas rei quam petimus.

Quæ utilitas in ſanguine meo dum deſcendero in corruptionem?

Hic oſtendit propheta quibus querelis preces ſuas Deo propoſuerit , eumq́; fatigauerit. Sepe autem dictum eſt pios nullam precationem ſine querelis nec inchoare, nec finire poſſe: Sunt enim irritamenta orationis: Nec offendunt, ſed magis commouent & flectunt Deum ad miſericordiam.

Non ſunt autem inanes querelæ, ſed plenæ conſolationis & doctrinæ. Docent enim mortuos Deum non poſſe laudare: Mortuos autem Scriptura uocat, omnes qui ruunt in deſperationem & mortem æternam, ut ruerunt Cain, Saul, Iudas & ſimiles. Alle die an Gottes gnade / barmhertzigkeit vnd hülffe verzweiffleen.

Atq; ita tacite his uerbis Propheta ſuæ promiſſionis Deum admonet, quæ promiſit ſe omnibus inuocantibus eum opem laturum eſſe.

Non igitur hæc ſunt uerba frementis aduerſu Deum, nec expoſtulantis cum Deo, ſed commonefacientis Deum ſuæ promiſſionis, quæ promiſit ſe opem laturum eſſe omnibus inuocantibus eum, & ſimul rogantis, ne Deus per ſuam deſperationem aut apertionem nomen ſuum patiatur contumelia adfici, ꝙ quidem futurum eſſet, ſi Deus ſineret eum his afflictionibus ſuccumbere. Et quod maius eſt, uult oſtendere hanc ipſam liberationem ſuam non tantum ad ſalutem ipſius, ſed multo magis ad gloriam nominis Dei pertinere. Et econtra, ſi Deus permiſerit eum illis doloribus ac tentationibus ſuccumbere, fore ut non modo ſeruus ſuis pereat uerumetiam ut nomen Dei adficiatur contumelia. Als wolt er ſagen / Ach HERR Gott / es iſt

ja nicht

jn nicht vmb mich allein zuthan / Es betrifft auch deine Göttliche ehre vnd namen/Wenn du mich in dieſer meiner not ſtecken lieſſeſt / wie würde dein name müſſen herhalten/vnd von meinen feinden geſchmehet vnd geleſtert werden?

Eſt igitur hec precatio ſimilis precationis Moſis Exod.32. Vbi & ipſe ijſdem rationibus in precando utitur, quibus iuſtam iram Dei placat, & ad miſericordiam flectit, Primum enim oſtendit periculum quod diuinæ eius maieſtati inde euenturum eſſet, ſi populum ſuum deleret, uidelicet, quod inimici eius Ægyptij occaſionem blaſphemandi inde arriperent. Deinde commonefacit Deum promiſſionis ſuæ factæ ſanctis patribus, Abrahæ, Iſaac & Iſrael. Damit bricht er Gott auch das hertz/erweichet vnd gewinnet jn alſo/das er ſeinen zorn gar fallen leſſet/vnd thut was Moſes begert. His uerbis expugnauit animum Dei, fregit iram eius, & tam placidum illum reddidit, ut etiam petitiones cordis ſui dederit.

Hoc loco agitari ſolet queſtio: Quod ſit diſcrimen inter fremitum ſeu murmurationem piorum aduerſus Deum, & inter fremitum impiorum. Quia legimus etiam ſanctißimos homines, ut Hieremiam, Hiobum nonnunquam aduerſus Deum fremuiſſe, atq; diem natiuitatis ſuæ horribiliter execratos fuiſſe? Reſpondeo, Simplex reſponſio eſt, Pij etiamſi carnis imbecillitate, ac aßiduitate tentationis ſtimuli, interdum aduerſus Deum fremant, ta-

men non perſeuerant in eo fremitu, ac murmuratione, ſed illico reuocant ſeſe, ac pœnitentes multis precibus et lachrymis à Deo petunt delicti ueniam. Econtra uero impij in ſuo fremitu ac murmuratione aduerſus Deum perſeuerant.

Exaudi Domine & miſerere mei, Domine ſis tu adiutor meus.

Hæc fuit precatio, qua Deum exorauit, & ab eo auxilium impetrauit. Es iſt wol kurtz von worten/aber ſehr reich von ſchönen herlichen gedancken/vnd tröſtlicher lehre.

Sunt autem tria membra iſtius precationis. Primum petit ut Dominus ſe exaudiat, ut inclinet ad ſe aures ſuas, ut benigne audiat preces eius. Hac uoce pingit affectum eorum, qui horribilibus oppreſsi calamitatibus & malis, imaginantur Deum propter ſua delicta aures precibus ipſorum occluſiſſe. Cum hac tentatione ſummis uiribus dimicandum eſt pijs uerbo Dei, fide quamuis languida. Deinde petit ut ſibi ſit propicius, hoc eſt, ut peccata remittat. Er wolt ſein gnediger freundlicher Gott ſein. *Nam in hoc ſita ſunt omnia, atq; hæc eſt ſumma precationis. Poſtremo petit ut opem ei ferat, id quod futurum eſt, ubi Deus reconciliatus & placatus fuerit*

Denn wer ein gnedigen Gott / der hat auch ein helffreichen Gott / der jm in allen nöten rath/troſt/hülffe / vnd heil ſchaffen wird.

Sic uides, optime lector, quam amplam & uberem doctrinam, & conſolationem hæc breuiſſima precatiuncula cõtineat. Sed non eſt cuiuſuis inde eam eruere. Oportet enim qui id præſtet, oratione, meditatione ac tentatione probe inſtructum & confirmatum eſſe.

Conuertiſti planctum meum in gaudium mihi.

Hæc ſunt uerba eius, qui diuinitus à doloribus inferni, ſcilicet triſtitia ſpirituali liberatus eſt. Denn ſolchen Menſchen iſt nicht anders zu mut/denn als were er jtzt auffs newe geboren. *Talis enim homo non aliter affectus eſt, ac ſi iam ex morte in uitam reuocatus eſſet diuinitus.*

Studio autem hac figurata oratione utitur: Conuertiſti planctum meum in Chorum, ut oſtendat effuſiſſimum fuiſſe gaudium. quo à Deo exhilaratus eſt. Sumpta eſt autem metaphora ab his, qui choreas ducunt,: Neceſſe eſt enim illos, præſertim adoleſcentes & puellas mirum in modum geſtire gaudio, dum eos ita iuuat choreis operam dare. Nam triſtes non modo non poſſunt choreas ducere, ſed ne ſpectatores quidem illarum eſſe queunt Vult igitur his uerbis ſignificare effuſiſſimum gaudium.

Concidiſti ſaccum meum.

Hoc eſt, ita me lætificaſti Spiritu ſancto tuo, ut ueſtem lugubrem abiecerim. Solebant enim olim lugentes ac mœrentes uili & ſordida ueſte uti, & omnem ornatum deponere. Obſeruanda eſt autem Phraſis Scripturæ, quæ uocat ſaccos *induere, ueſtem lugubrem induere, & ſolitum ornatem deponere.*

Et circumcinxiſti me lætitia.

Hoc eſt, per letitiam illam ſpiritualem ad omnia opera & officia uocationis meæ paratum, idoneum alacrem me reddidiſti, ut te Domine Deus ex animo, ſumma uoluntate, & uoluptate celebrar poſsim, ac negocia uocationis meæ rite ac dextre conficere, ſicut & alibi teſtatur Pſalm. 119. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatares cor meum. Econtra uero qui in luctu ac merore uerſantur minime poſsũt hoc præſtare. Sie kõnnẽ Gott nicht mit luſt vnd liebe loben / preiſen / vnd dancken / noch die geſcheffte jres beruffs recht ausrichten / Denn ſie ſind in allen dingen verdroſſen vnd vngeſchickt / vnd verdreuſſet ſie ſchier zu leben. *Nam triſtitia uehementer nos in pijs noſtris exercitijs & operibus impedire ſolet, ſicut teſtatur Pſalm. 115. Non mortui laudabunt te Domine, neq; omnes qui deſcendunt in infernum.*

Vt cantet tibi gloria mea, & non ſileat.

Gloriam ſuam uocat os & linguam, & Pſalterium ſuum quibus Deum laudare ac celebrare ſolitum eſt. Eſtq; ſententia: Vt te Domine Deus, poſthac maiori ardore animi & robore fidei celebrare & laudem tuam annunciare poſsim.

Docet autem hic uerſiculus quæ ſit cauſa finalis

lis liberationis noſtræ, ſcilicet, ut in poſterum maiore cum animi diligentia & ſtudio Deum colamus, & debitos cultus ei præſtemus. Deniq; uocationis noſtræ officia rectius faciamus, & maiori cura uitam, & mores noſtros regamus.

Domine Deus meus in æternum conſitebor tibi.

Q. D. Quia tam glorioſe me liberaſti, meq; tantis beneficijs cumulaſti, perpetuo bonitatem, miſericordiam & ueritatem tuam prædicabo. Es ſol meines hertzen luſt vnd freude ſein / das ich dir ewiglich dancken ſol.

Et hic uerſiculus illuſtre teſtimonium eſt de immortalitate piorum. Neceſſe eſt enim illum perpetuo uiuere, qui Deum perpetuo celebraturus ſit.

PSALMVS XXXIIII.

BEnedicam DOMINVM in omni tempore, ſemper laus eius in ore meo.
In DOMINO gloriabitur anima mea, ut audiant afflicti & lætentur.
Magnificate DOMINVM mecum, & exaltemus nomen eius ſimul.
Exquiſiui Dominum & exaudiuit me, & ex omnibus pauoribus meis eripuit me.
Qui aſpiciunt eum & ad eum confluunt, eorum facies non confundentur.

Iſte pauper clamauit, & DOMINVS exaudiuit eum, & ex omnibus tribulationibus eius ſaluauit eum.

Caſtrametatur Angelus DOMINI in circuitu timentium eum, & eripiet eos.

Guſtate & uidete quoniam ſuauis eſt Dominus, Beatus uir qui ſperat in eo.

Timete DOMINVM omnes ſancti eius, quoniam non eſt inopia timentibus eum.

Diuites eguerunt & eſurierunt, inquirentes autem DOMINVM non indigebunt omni bono.

VENITE filij, audite me, timorem Domini docebo uos.

Quis eſt homo qui deſiderat uitam? Diligit dies uidere bonos.

Prohibe linguam tuam à malo & labia tua ne loquantur dolum.

Diuerte à malo & fac bonum inquire pacem & perſequere eam.

Oculi Domini ſuper iuſtos, & aures eius in preces eorum.

Vultus autem DOMINI ſuper facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum.

Clamauerunt, & DOMINVS exaudiuit, & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos.

Iuxta eſt Dominus his qui tribulato ſunt corde, & humiles ſpiritu ſaluabit.

Multæ tribulationes iuſtorum, & de omnibus his liberabit eos DOMINVS.

Cuſtodit omnia oſſa eorum, unnm ex his non conteretur.

Impium interficiet malum, & qui oderunt iuſtum erunt rei.

Redimet DOMINVS animas ſeruorum ſuorum, & non erunt rei omnes qui ſperant in eo.

ARGVMENTVM.

HIC Pſalmus eſt gratiarum actio, In quo Propheta Dauid ſuo exemplo pios ad amorem Dei, & fiduciam erga Deum, atq; inuocationem exuſcitat. Deinde admonet nos ut impia dogmata blaſphemias, ac fremitum aduerſus Deum uitemus, & ne inimicis noſtris mala imprecemur, Sed multo magis bene precemur. Deinde hortatur nos ad tollerantiam afflictionum, docens, oportere iuſtum multis afflictionibus in hac uita exerceri, nec tamen à Deo deſeri, Sed tandem ex omnibus malis eum auxilio diuino eluctari, ac Deum tanta cura pios obſeruare & cuſtodire, ut ne minimum quidem os ſine ipſius uoluntate confringatur.

Poſtremo de cuſtodia Angelorum dulciſſimam doctrinam & conſolationem inſerit, dicens illos Caſtra metari circa timentes DOMINVM.

Benedicam Dominum in omni tempore.

Non modo rebus ſecundis, ſed etiam rebus aduerſis. Quia ſcio Dominum paterno affectu me caſtigare, non ad perditionem. Sed ad ſalutem, Æqu me diligit cum caſtigat, ac cum mihi benefacit, & beneficijs me cumulat. Caſtigatio paterna tam mihi eſt neceſſaria, quam liberatio, & beneficenti ſeu corporalium bonorum donatio.

Hęc eſt uox piorum. Hypocritarum eſt contraria.

In DOMINO gloriabitur anima mea;

Mein leib vnd ſeel ſol ſich des rhůmen.

In hoc glorietur anima mea, quod habeat Deum propicium, fauentem, auxiliatorem & conſola rem in omnibus periculis & calamitatibus. Das Gott mein iſt/ vnd ich ſein bin/ das i mein troſt/ rhum/ friede vnd freude/ Sonſ weis ich mich nichts zu rhůmen.

Mundus contra gloriatur & letatur in opibus honoribus, uoluptatibus &c. in Regum & Principum fauore & gratia. Hęc autem gloriatio non eſt diuturna, ſed leui aliquo momento & calamitate concidit & opprimitur. Wenn gelt/ gut/ ehre groſſer Fürſten vnd Herrn gunſt vnd gnade auffhöret/ So höret dieſer rhum auch auff.

Ein armer elender rhum der auff ſolchen vergenglichen dingen ſtehet.

Audiant afflicti & lætentur.

Das die elenden hören vnd ſich frewen.

Q. D. ideo Deum laudabo, & beneficia eius celebrabo, & in Domino gloriabor, ut afflicti & calamitoſi meo exemplo confirmentur, ac excitentur ad fiduciam erga Deum, & flagrantem inuocationem. Ich thue es nicht meiner halben allein Sondern das es alle betrübte angefochtene hertzen hören/vnd durch mein exempel getröſtet/vnd geſterckt werden / vnd daraus zu Gott zuuerſicht gewinnen in állen nöten.

O wie werden die frommen betrübten Menſchen ſo hertzlich fro werden / Wenn ſie hören wie mir Gott ſo wünderbarlich vnd herrlich geholffen hat / Alſo ſprichts er auch anderswo Pſal. 119. Die dich fürchten/ſehen mich/vnd frewen ſich etc. Denn ich hoffe auff deine wort.

Cum pij tentationibus & calamitatibus oppreſſi audiunt glorioſam liberationem noſtram, mirifice eorum fides confirmatur, & inuocatio in eis accenditur, ſpes corroboratur, patientia augetur.

Magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomen eius ſimul.

ἀποστροφή. Alloquitur omnes pios, & iubet eos ſecum uno ore & ſpiritu Deum laudare, & beneficia eius celebrare.

Ita affecti ſunt omnes Sancti, ut poſt liberationem exoptent non modo omnes homines, Sed etiam uniuerſas creaturas ſecum una Deo gratias agere, eiusq; miſericordiam, ſapientiam, potentiam, & bonitatem prædicare. Sie wolten das alle bletter an beumen/ vñ gras auff der Erden zungen weren / vnd lobeten Gott. Maius enim gaudium pijs afferri nullum potest, ut nomen Dei ſanctificetur, & bonitas Dei illustretur, & omnibus innoteſcat, & uerbum Dei longe lateq́; propagetur.

Exquiſiui Dominum & exaudiuit me & ex omnibus pauoribus meis eripuit me.

Commemorat ſuam liberationem, ſuoq́; exemplo pios ad inuocationem inuitat. Q. D. horrendis pauoribus oppreſſus eram, nec inde ullo humano auxilio, uel conſilio eluctari poteram, Sed Dominum quæſiui & inuocaui, is tandem me mirabiliter & glorioſe liberauit.

Emphaſis eſt in hac particula Quæſiui Dominum. Duo enim ſignificat. Primum adire pios ac peritos Doctores Eccleſiæ, paſtores animarum, & ab eis conſilium & conſolationem petere. Ad hunc modum Rebecca quæſiuit Dominum 25. Gen. Deinde ſignificat Deum inuocare, eumq́; aßiduis & improbis precibus defatigare. Sicut uidua illa iniquum iudicem obſecrando & flagitando defa-

gauit

gabat, Luc. 18. Item, Cananæa mulier petendo & clamando inſtabat ut Chriſtus filiam ſuam obſeſſam liberaret.

Hic diluenda eſt illa obiectio. Multos pios horribilibus oppreſſos doloribus animi & corporis, diu multumq; clamantes & urgentes inuocationem, non tamen non ſtatim liberari, ſed magis magiſq; cruciari.

Certo conſilio Dei non ſtatim ſemper liberantur pij quærentes Dominum. Primum, ut fides eorum exerceatur, & meditatio uerbi atq; inuocatio in eis acuatur. Deinde ut ſint uiuum exemplum iræ Dei aduerſus impœnitentes, qui cum uident pios tam duriter premi, conuertantur &c.

Poſtremo ut Deus potentiam & ſapientiam ſuam in nobis oſtendat.

Qui aſpiciunt eum, & ad eum confluunt, Die jn anlauffen. Eorum facies non confundentur.

Non ſimpliciter dicit. Qui inuocant eum, ſed ſignificantioribus uerbis utitur. Qui ad eum reſpiciunt, & ad eum confluunt, hoc eſt, qui aſsiduis, improbis precibus Deum fatigant. Sicut uidua illa Lucæ 18. iniquum iudicem crebris interpellationibus & precibus fatigauit, quo magis. n. nos premit neceſsitas, hoc magis precationem noſtram urgeamus. Hic tractanda eſt queſtio, An recte & pie faciant qui orant Deum ut ſtatim ſibi opem ferat in periculis, Sicut orauit Centurio Math. 8. & multi alij &c.

Soli Heroici Sancti ab hac regula excepti ſunt. Quod bona corporalia conditionaliter petenda ſint, cæteri omnes in petendis beneficijs corporalibus addant conditionem.

Iſte pauper clamauit.

Supra commemorauit ſuum exemplum. N omnium piorum in genere exempla proponit, & iubet nos intueri in ea, Oſtendunt enim, quam glorioſe ac mirabiliter Deus illos ex aſperrimis tentationibus, & maximis periculis, atq; calamitatib liberauerit. Plenæ ſunt hiſtoriæ ſacræ talium exemplorum. Quoties Deus Abrahamum, Quoties Iſaac, Iacob, Dauidem & ſimiles ex portis mortis eripuit?

Pauper id eſt, abiectus, ſpretus, neglectus, omnibus humanis præſidijs ſpoliatus.

Emphaſis eſt in uocabulo PAVPER. *Vul enim dicere pauperem id eſt omnibus præſidijs humanis ſpoliatum eſſe oportere, quem Dominus eripiat. Tales enim quos omnia humana præſidia & ſolatia deficiunt, ſolent ad Deum confugere.*

Emphaſis eſt & in uerbo CLAMAVIT. *Quo admonemur non indulgendum eſſe dolori in calamitatibus, ſed ad preces decurrendum eſſe & omne quod nos angit in ſinum Dei effundendum.*

Caſtra metatur Angelus Domini.

Non ſimpliciter dicit, Angelus Domini cuſtodi

timen

mentes Deum, Sed ſignificantioribus uerbis utitur, Caſtra ponit, Vt oſtendat Angelos non modo pijs à Deo attributos eſſe miniſtros & cuſtodes. Sed etiam egregios milites, uigiles, bellatores, propter ſæuitiam Diaboli graſſantis præcipue in pios. Tanta eſt enim potentia, furor, & calliditas Diaboli, ut non niſi diuina uirtute, potentia, & ſapientia reprimatur. Nullius hominis tanta uis eſt & ſapientia, ut poßit uel minimum dæmonem, aut impugnationem eius uincere.

Hoc loco tota doctrina de Angelis integre tractari poſſet. Et agitari quæſtio illa, Vtrum etiam Angeli impios defendant, & propugnent contra Dæmones.

Impij & prophani homines, quatenus ſuæ uocationis officia recte, diligenter, ac ſedulo faciunt, habent Angelos miniſtros, cuſtodes, & defenſores, qui pro illis excubias agunt. Vt in exemplo Auguſti Cæſaris, & in ſimilibus conſpicitur.

Guſtate & uidete, quoniam ſuauis eſt Dominus.

Duplex ſententia eſt huius loci.

Q. D. *Si non poteſtis meo, & ſimilibus piorum exemplis commoueri ut agnoſcatis bonitatem ac clementiam Dei.* Wie der HERR ſo ein gnediger/ frommer/ trewer Gott ſey. *Conſulite ſenſus ueſtros, quibus multiplicia beneficia Dei, cotidie experimini. Quoties igitur ci-*

bum & potum ſumitis, cum aures, oculi, cum manus & pedes ueſtri officium ſuum faciunt, cum cæteris beneficijs Dei fruimini, hic ipſe uſus beneficiorum Dei nos commonefaciat bonitatis diuinæ.

Altera ſententia.

Non poteſtis experiri bonitatem & miſericordiam Dei, niſi in afflictionibus atq; cruce. Oport nos prius dolores Inferni guſtare ac experiri, guſtetis & experiamini bonitatem & ſuauitat Domini. Qui ex afflictionibus eluctati ſunt, hi demum poſſunt hanc uocem uſurpare, Quoniam ſuauis & mitis Dominus. O wie iſt Gott ſo ei freundlicher HERR.

Diſertè autem dicit: Beatus uir qui ſper in eum.

Q. D *Multi quidem ſunt, qui beneficijs Dei cumulătur & obruuntur, Sed tamen nihil ea re illos commouet, ut ad timorem, fiduciam, & inuocationem Dei exuſcitentur, Quare non beati, ſed infœlicißimi homines uocentur. Verum hi demum beati ſunt, qui agnoſcunt beneficia Dei, eiſq; ad uerum timorem Dei, fiduciam, & ardentem inuocationem, & gratiarumactionem accenduntur. Hæc exemplis in utramq; partem amplificentur copioſius.*

Timete Dominum omnes ſancti eius.

ἀποστροφὴ *ad omnes pios, quos hortatur ad timorem Dei id eſt, ad omnes ueros cultus Dei, quo uocabulum Timoris complectitur.*

Opu

Opus autem habent Sancti omnes hac admonitione propter humanæ naturæ imbecillitatem, & calliditatem atq; inſidias Diaboli. Es iſt gar bald geſchehen / das ein groſſer Heilige falle vnd greulich ſündige / wenn ers ein wenig verſihet. *Facile enim labuntur ac euertuntur Sancti, ubi uel paululum remiſerint de contentione animi in diſcendo, meditando uerbo* Dei, *in inuocando, & in pijs exercitijs, ut apparet in exemplo* Dauidis, *in exemplo Samſonis, & in ſimilibus exemplis.*

Quoniam non eſt inopia timentibus eum.

Cur facit mentionem inopiæ potius, quam ceterarũ calamitatum. Reſponſio, *Quia prima omniũ tentatio, quæ eos qui pie in* Chriſto *uiuere incipiunt, excipit, eſt inopia, egeſtas. Vt apparet in exemplo, & in exemplo totius* Eccleſiæ, *quam* Diabolus *primum afflixit inopia, fame.* Deinde *gladiis, poſtea Hæreſibus. Poſtremo illecebris opum & dignitatum.*

Ad hunc modum & quemlibet pium affligit.

Contra hoc malum propheta *hic confirmat mentes piorum* promiſsione *diuina, affirmans,* De*um timentibus eum, uictum, amictum, & cætera uitæ commoda curaturum eſſe.*

Diſertè *autem* dicit. Non *eſt inopia timentibus eum, Vt oſtendat ſe pijs non opes regias daturum eſſe, ſed tantum uitæ neceſſaria, panem arctum, & aquam breuem. Eſaiæ* 30.

Prohibe linguam tuam à malo, & labia
Tua ne loquantur dolum.

Complectitur his uerbis omnia opera ſecundi præcepti Decalogi, id eſt, ſanam uerbi doctrinam, Conſtantem confeßionem cœleſtis doctrinæ ac fidei inuocationem, Gratiarumactionem.

MALVM *uocat impia dogmata, periuria & diras execrationes, uoces blaſphemas.* DOLVM *ingenioſas corruptelas doctrinæ cœleſtis.*

Diuerte à malo, & fac bonum.

Hortatur ad ſtudium bene operandi, & iubet ea opera exercere, quæ ſecunda tabula Decalogi præcipit. Diuerte à malo *id eſt, fuge peccata, & omnes occaſiones peccati, &* Fac bonum *id eſt, adde pia exercitia.*

Inquire pacem, & perſequere eam.

Hoc eſt, Sis paciens, fac crucem, quæ comitatur confeßionem fidei & ſtudium bene operandi, patienter feras. Qui enim uitam ſuam ita inſtituerit, illum oportet affligi, & multa experiri certamina & afflictiones, Die Welt vnd der Teuffel wird jm zuſetzen.

Inquire pacem.

Sis patiens, ſola enim patientia animum tranquillum, & cor pacatum reddit, Deniq; *ſpem liberationis in nobis parit. Iuxta illud* Rom. 5. *Patientia probationem operatur, probatio uero ſpem,* Spes autem non confundit, Econtra homo impatiens fremit aduerſus Deum in afflictionibus, & à proximo læſus, meditatur uindictam. Itaq; animus eius ſemper eſt inquietus, & cor flagrat odio, ira, cupiditate uindictæ. Quo fit ut pacatam & tranquillam conſcientiam habere nullo modo poſſit.

Pacem quæramus non in Mundo, nec in præſidijs humanis, ſed in Chriſto. Ipſe enim ſolus eſt pax noſtra. Sic enim inquit. Hæc locutus ſum uobis, ut in me pacem habeatis, In mundo preſſuram habebitis &c.

Hanc pacem iubet quærere, ac perſequi, hoc eſt, ardentibus uotis à Deo illam petere, & uerbum Dei diligenter ac ſedulo meditari. Nametſi in Chriſto hanc pacem inuenturi ſimus, Tamen non ſine acerrima lucta id fiet, Pugnandum eſt igitur nobis uerbo, fide & inuocatione, ut illam pacem retineamus.

Huius pacis internæ mentionem facit & Paulus Phili: 4. καὶ ἡ εἰρήνη τοῦ θεοῦ ἡ ὑπερέχουσα πάντα νοῦν, φρουρήσει τὰς καρδίας ὑμῶν.

Ratio humana prorſus non intelligit hanc pacem. Eſt autem pax Dei. πληροφορία cordis, certitudo illa Spiritus, Quod Deus nobis ſit placatus, propitius, & fauens. Vnſer freundlicher lieber Vater.

Oculi Domini ſuper iuſtos.

Nunc exponit quid ſit pax illa ſpiritualis, ſcilicet,

licet, certum eſſe. Quod Deus me reſpicit, & exaudit gubernat, defendit, contra omnes furores Diaboli & Mundi conſolatur & iuuat. Quod in omnibus periculis & afflictionibus mihi adeſt, gubernator & opitulator &c.

Vultus autem Domini ſuper facientes mala.

ἀντίθεσις. Oculi beneuolentiam & fauorem ſignificant. Vultus autem iram. Nam irati uultu minantur. Hi qui nobis bene uolunt oculis blandiuntur nobis, E contra illi qui nobis infeſti ſunt, uultu minantur.

Hic tractanda eſt hec queſtio, Cur ſcriptura membra & affectus humanos Deo tribuat, cum hec in Deum non cadant? Vetus Eccleſia damnauit olim ἀνθρωπομορφίτας quod eſſentie diuine tribuerint formam hominis. Si ita ſenſerunt Deum in abſtracto habere membra & affectus humanos iure damnati ſunt. Sed ſi ita docuerunt Deũ in his uiſibilibus formis & inuolucris ſe nobis reuelare et offerre, et nobiſcũ agere iniuſte damnati ſunt. Quia Deus in ſua nuda Maieſtate non poteſt à nobis apprehendi.

Multæ tribulationes iuſtorum.

His audis quæ ſint uere Eccleſiæ ſigna. Puritas doctrinæ cœleſtis, uel ſana doctrina. Verus uſus Sacramentorum. Poteſtas clauium. Ius uocandi & ordinandi Miniſtros, Vera inuocatio, Crux. Hæ ſunt notæ monſtrantes ueram Eccleſiam, Welcher Menſch nu dieſe merckzeichen an ſich hat/

treſt/

tregt/der iſt ein rechter Chriſt / vnd widerumb/Darumb iſt kein wunder/das die heuchler vnd falſchen Chriſten ſo im ſauſſe leben/ vnd ſo glückſelig ſind in der welt/Denn es iſt jn kein rechter ernſt vmb Gottes wort/ſie verachten die heiligen Sacrament / ſo beten ſie auch nicht etc. vnd ſolche leſſet der Satan wol zufrieden/Wie Chriſtus zeuget Luc. 11. Wen̄ ein ſtarcker gewapneter ſein Pallaſt beware/ ſo bleibt das ſeine mitfrieden.

Addit autem promißionem, Et de his omnib. liberabit eos Dominus.

Duplex liberatio eſt, qua Deus *pios ex omnibus malis liberat. Vna, cum ex præſentibus periculis & calamitatibus eos eripit. Altera, cum ita corda eorum confirmat, ut ſumma tranquillitate animi afflictiones & calamitates perferant, atque ex hac uita diſcedant.*

Cuſtodit Dominus omnia oſſa eorum,
Vnum ex eis non conteretur.

Conuenit hic uerſiculus cum illo dicto Chriſti *Matth. 10. ueſtri capilli capitis omnes numerati ſunt etc.* Quod *ne minima quidem calamitas pijs ſine uoluntate* Dei *poßit accidere, & quod* Satan*, quantumuis furenter pijs exitium machinans, ne pilum quidem capitis euellat, niſi* Dominus *permiſerit. Principalis autem doctrina huius loci eſt de reſurrectione mortuorum.* Quod Deus *piorum corpora in terrã et puluerem uerſa reſuſcitabit, & integra reddet ſimillima clarificato corpori* Chriſti.

Hæc

Hac dulciſsima conſolatione nos in ærumnis & afflictionibus noſtris ſuſtentemus.

Impium interficiet malum.

DEN Gottloſen wird das vnglück tödten.

Antitheſis eſt. Q. D. Pij quantumlibet horrendis & atrocibus malis & calamitatibus premantur aliquandiu: Tamen auxilio Dei inde tandem eluctantur, ſiue per uitam, ſiue per morte. Econtra uero impij, cum diu floruerint, in hac ui ad extremum ſubita calamitate oppreſsi in deſperationem ruunt, atq; miſerrime pereunt. Vt conſpicitur in exemplo Saulis, Neronis, Iuliani, Catonis, Demoſthenis, Iudæ proditoris, & ſimilium &c.

Et qui oderunt iuſtum, delinquent

Hic audimus quantopere Deus piorum cura afficiatur, ut ſciant omnes qui pium adfecerint iniuria, aut afflixerint, ſe Deum ipſum afflixiſſe. Iuxta illud Eſa. 64. Qui eos affligit, Deum ipſum affligi. Et Zach: 2. Qui uos tangit &c.

Huc pertinet exemplum Cain, Item exemplum Saulis perſequentis Eccleſiam Chriſti.

So zeuget nun dieſer Spruch gewaltiglich / das was wir guts / oder böſes thun den Chriſten / das haben wir Gott ſelbs gethan.

Decet igitur hic uerſiculus grauiſsime peccare in Deum omnes qui pios odio perſequuntur, Econtra qui pios diligit, Deum ipſum diligit, 1. Iohan. 4.

Redimet Dominus animas ſeruorum ſuorum.

Finis huius Pſalmi concionatur de redemtione animarum facta per Chriſtum. Ad hunc modum & Pſalmum 120. concludit, Et ipſe redimet Iſrael ex omnibus iniquitatibus eius.

Ita totum illum Pſalmum uidetur Propheta accommodare ad Chriſtum, eiq; tribuere diuina illa opera, uidelicet, pios alere in fame, pios clementer reſpicere et exaudire, atq; ex omnibus malis eripere, Denique eos liberare à poteſtate Diaboli, atq; ex morte reſuſcitare, ut oſtendat eum eſſe uere & naturalem Deum.

So wil er nun ſagen / Wenn Meſſias komen wird / So wird er alles wider zu rechte bringen / vnd die erlöſung ausrichten / dauon geſchrieben ſtehet / Gene. 3. Des Weibes Samen / wird der ſchlangen den Kopff zutretten. Denn die gantze ſchrifft iſt auff den Meſſiam oder Chriſtum gerichtet. Vnd alhie ſehen wir / wie gar ein herzlich verlangen / vñ ſehnen / die lieben Veter im alten Teſtament nach dieſer zukünfftiger erlöſung / ſo durch Chriſtum geſchehen ſolt / gehabt haben. Wie denn viel ander Pſalmen mehr zeugen.

Et non delinquent omnes, Qui ſperant in eum.

Sicut nos in nouo Teſtamento ſaluamur fide in

Chriſtum iam exhibitum, Ita in ueteri Teſtamento Sancti fide in Chriſtum uenturum ſaluati ſunt, Ideo Propheta diſerte hic dicit, Et non derelinquent omnes qui ſperant in eum.

Jm alten Teſtament hies ſperantes in eum: Nun aber heiſts, credentes in Chriſtum.

Diſerte autem dicit: Non derelinquent omnes qui ſperant in eum, Vt oſtendat credentes in ſemen promiſſum id eſt Meſſiam non eſſe peccatores coram Deo, etiamſi multipliciter peccent, errent & labantur. Quia ſcriptum eſt, Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Beatus cui non imputauit Dominus peccatum. Atq; hæc eſt longe uberrima conſolatio ſcire noſtram iuſtitiam eſſe non dignitatem, aut munditiem noſtram, ſed remiſſionem peccatorum, & condonationem delictorum.

Hæc eſt illa doctrina, q̃ ratio humana ut ſumma hereſim abominatur & damnat, ideoq; hereticam illam clamat.

PSALMVM XXXVII.

NOli æmulari in malignantibus, neq; zela
ueris facientes iniquitatem.
Quoniam tanquam fœnum uelociter areſcent
& quemadmodum olera herbarum cito de
cident.
Spera in DOMINO & fac bonitatem, & in
habita terram, & uictum quære honeſte.
Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones
cordis tui.

Reuela DOMINO uiam tuam, & ſpera in eo & ipſe faciet.

Et deducet quaſi lumen iuſtitiam tuam, & iudicium tuum tanquam meridiem.

Subditus eſto Domino, & ora eum, Noli æmulari in eo qui proſperatur in uia ſua, in homine faciente iniuſtitias.

Deſine ab ira & derelinque furorem, noli ęmulari ut maligneris.

Quoniam qui malignantur exterminabuntur expectantes autem Dominum ipſi hæreditabunt terram.

Et adhuc puſillum & non erit impius, & quęres locum eius & non erit.

Manſueti autem hæreditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis.

Meditatur impius contra iuſtum, & ſtridebit ſuper eum dentibus ſuis.

Dominus autem irridebit eum, quoniam proſpicit quod ueniet dies eius.

Gladium euaginauerunt impij, intenderunt arcum ſuum, ut deijciant pauperem & inopem, ut trucidant rectos corde.

Gladius eorum intret in corda ipſorum, & arcus eorum confringatur.

MELius eſt modicum iuſto ſuper diuitias impiorum multas.

Quoniam brachia impiorum conterentur,

confirmet autem iuſtos DOMINVS.

Nouit Dominus dies immaculatorum, & hæreditas eorum in æternum erit.

Non confundentur in tempore malo, & in diebus famis ſaturabuntur.

Quia impij peribunt, Inimici uero DOMINI mox ut honorificati fuerint & exaltati, deficientes quemadmodum fumus deficient.

Mutuatur impius & non ſoluet, iuſtus autem miſeretur & retribuet.

Quia benedicti eius hæreditabunt terram, maledicti autem eius diſperibunt.

A Domino greſſus hominis dirigentur, & uia eius delectabitur.

Dum ceciderit non collidetur, quia Dominus ſupponit manum ſuam.

Iunior fui, & ſenui, & non uidi iuſtum derelictum, nec ſemen eius quærens panem.

Tota die miſeretur & commodat, & ſemen illius in benedictione erit.

Declina à malo & fac bonum, & inhabita in ſeculum ſeculi.

Quia DOMINVS amat iudicium, & non derelinquet ſanctos ſuos in æternum conſeruabuntur, & ſemen impiorum peribit.

Iuſti autem hæreditabunt terram, & inhabitabunt in ſeculum ſeculi ſuper eam.

Os iuſti meditabitur ſapientiam, & lingua eius loquetur iudicium.

Lex Dei eſt in corde ipſius, & non ſupplantabuntur greſſus eius.

Obſeruat impius iuſtum, & quærit interficere eum.

DOMINVS autem non derelinquet eum in manibus eius, nec damnabit eum cum iudicabitur.

Expecta DOMINVM & cuſtodi uiam eius & exaltabit te, ut hæreditate capias terram, cum perierint impij uidebis.

VIDI impium præfractum & eleuatum ſicut laurum uiridem.

Et tranſiui, & ecce non erat, quæſiui eum, & non eſt inuentus.

Cuſtodi innocentiam & uide æquitatem, quoniam poſtremum tali homini pax.

Iniuſti autem diſperibunt ſimul, tandem impij interibunt.

Salus autem iuſtorum à DOMINO, & protector eorum in tempore tribulationis.

Et adiuuabit eos Dominus, & liberabit eos, & eruet eos ab impijs, & ſaluabit eos, quia ſperauerunt in eo.

ARGVMENTVM.

HIC Pſalmus eſt in genere conſolatorio, Hortatur enim pios ad patientiam, et iubet flammas inuidiae et odij reſtinguere.

Verum hoc non eſt uirium humanarum, repri
mere iram, odium & cupiditatem uindictæ, cum hi
de quibus optime ſumus meriti, nos perſequuntur,
& extinctos cupiunt, Item, Cum uidemus ſcelera-
tos & impios homines & contemptores uerbi
ſummo honore opibus & uoluptatibus uiuere. M
hæc pijs afflictis inſultare.

Ideo iſte Pſalmus præſentiſſimum remed
huius tentationis, ſcandali monſtrat. Videlicet,
Conſolationes & promiſſiones Dei, de liberatio
piorum. Deinde comminationes diuinas, de p
impiorum.

Noli ira excandeſcere erga malos, nec accendi inuidia erga facientes iniquitatem.

Docet propheta quomodo pius ſe gerat, cu
ſentit ſe ira & inuidia accendi, cum uidet impi
& inimicos ſuos florere, & diffluere omnibu
pijs. Primum ut eorum calamitoſum exitium c
deret. Nam impiorum fœlicitas non eſt diutu
Deinde ut ſperet in Dominum & uocationis ſu
officia ſedulo faciat.

Atq; hic eſt principalis locus iſtius Pſalmi, que
Propheta infra copioſe & multis & uarijs figuri
illuſtrabit.

Hortatur igitur pios in iſto uerſiculo ne indul
geant iræ, & inuidiæ & ſimilibus prauis affecti
bus, & ſimul docet in pijs herere multos uicioſ
affectus, quibus ipſi repugnant & reluctantur u
bo Dei,

bo Dei, & oratione &c. Opponenda eſt autem hæc ſententia illis, qui pios omnibus uicijs uacuos & plane perfectos eſſe poſtulant.

Habent enim utriq; & pij & impij uitioſos affectus, Sed pij illis reluctantur, impij uero illis frenum laxant, ac delectantur illis.

Porro duæ cauſæ ſunt cur pij non debeant iram & inuidiam alere, Primum, quod ira & inuidia offendunt Deum ac impediunt multa pia ſtudia. Deinde quod irati & inuidi uitam ſibi ipſi acerbam reddunt iuxta illud, Inuidus alterius rebus tabeſcet opimis.

Quoniam tanquam fœnum uelociter areſcent & tanquam olera herbarum cito decident.

Subijcit cauſam cur pij non debeant impijs ſuam fœlicitatem inuidere. Quia fœlicitas eorum non eſt diuturna. Hanc ſententiam quo magis piorum mentes & aures feriat, Propheta uenuſtiſſ: ſimilitudine proponit, dicens, Quoniam &c.

Nihil aſpectu iucundius quam flores & gramina, quibus nullus regum & principum ſplendor poteſt conferri, ut teſtatur Chriſtus Matth. 6. Econtra uero nihil citius perit. Quo enim altius aſſurgunt & creſcunt, hoc magis meſſi uicina ſunt. Ita impij quo magis florēt, ac euehūtur hoc propiores ſunt ſuo exitio &c. Hæc iā ſunt illuſtranda exēplis Eccleſ: politicis, Oeconomicis, omnes hæreſiarchæ cū ſummā dignitatem ac exiſtimationē perueniſſent, ſubito interierunt. Regnumpontificium maxime floreret, ſubito corruit. Multipotentiſs. reges ac principes ex ſummo dignitatis gradu deiecti ſunt, cum potentia dignitate & opibus maxime florebant. Huc colligenda ſunt exempla omnium ordinum, quæ oſtendunt impiorum exitum calamitoſum eſſe.

Spera in Domino, & fac bonitatem, inhabita terram, & citra alterius iniuriam rem facias.

In ſuperiori uerſiculo Propheta docuit cur pius non debeat accendi ira & inuidia erga impios florentes. In iſto autem uerſiculo docet, quomodo flammæ odij & inuidiæ reſtinguendæ ſint. Tradit autem quatuor præcepta. Primum iubet pium ſperare in Dominum, Deinde bene operari & manere in ſua uocatione, Poſtremo, labore uictum quærere, & ſuis proſpicere uitæ neceſſarijs &c. Qui enim hanc regulam ſeruauerit, is ſemper tranquillo erit animo, & ſortem ſuam boni conſulet.

Delectare in Domino, & uoti compotem te reddet.

Q. D. Noli te ipſum ira & inuidia cruciare ne ſis ἑαυτοντιμωρούμενος, Sed delectare in Domino, id eſt, apprehende uerbum Dei, in quo Deus promittit ſe tibi affuturum eſſe, te exauditurum & liberaturum &c.

Hoc ipſo uerbo animum tuũ perturbatum fac tranquilles & ſuſtentes &c. Quia extra uerbum Dei nullum firmum ſolatium, nec ſolidum gaudium, nec pax conſcientiæ parata eſt. Auſſer Gottes wort iſt weder hülffe noch rat.

Hoc ubi feceris, reliquum eſt ut Deo neceßitates tuas proponas, eumq; inuoces, ideo addit.

Reuela Domino uiam tuam & ipſe faciet.

Hoc eſt, Totam tuam cauſam Deo commendes omneſq; cogitationes & conſilia tua Deo aperias, omneſq; ſenſus cordis tui in ſinũ eius, ut dicitur, effundas, & cum Propheta Dauide dicas, Pſal. 138. Proba me Deus, & ſcrutare cor meum, interroga me & cognoſce ſemitas meas, & uide ſi uia iniquitis in me eſt, & dirige me in uia æterna. Deus enim delectatur hac noſtra erga eum fiducia, cum ad eum confugimus, eiq; omnes noſtras neceßitates & angores animi aperimus, & noſtram imbecillitatem animi ac infirmitatem fidei confitentes.

Nomine ſpei complectitur fidem, inuocationem & omnes cultus diuinos.

Addit autem promißionem dicens. Et ipſe faciet. Hoc eſt, ipſe te tuamq; cauſam curabit & omnia negocia tua gubernabit, Hæc ſit unica & & præcipua tua cura, ut Deo ſeruias & uocationis tuæ officia recte ac ſapienter facias, Cætera omnia, uidelicet ſucceſſum ac euentum Deo commendes: Laß vnſern HERRN Gott ſorgen/wie er dich wolle erhalten/regieren/ſchützen/vnd beſchirmen wider deine feinde.

Deus enim meliorem euentum ac ſucceſſum præſtabit quam cogitaras.

Huius rei multa preclara exempla paſsim
in ſacris hiſtorijs obuia ſunt. Cum Iacob Geneſ. 3
cognouiſſet fratrem ſuum Eſau aduentare, ut ſi
& familiæ ſuæ uim afferret, ipſe totam ſuam cau
ſam Deo committebat, ac fretus promiſsione diui
na, ac ipſe auxilio diuino pergebat fratri ire ob
uiam. Itaq; ampliſsimum præmium huius ſuæ fi
duciæ in Deum tulit, Quia ſummam comitate
fratris expertus eſt. Item 3. Reg. 18. Cum Ach
paſsim miſiſſet qui Prophetam Eliam ad ſuppli
um uenarentur, Elias nihil hoc deterritus pera
perrexit mandato Dei obſequi, & uocationis ſ
officium facere, Interim euentum omnem Deo c
miſit. Itaq; ſaluus euaſit &c. Eiuſmodi exem
permulta non ſolum ex ſacris & alijs hiſtorijs p
ſunt colligi, ut illud de Epiſcopo quondam Mag
burgenſi nomine Friderico, eſt illuſtre, cui cum q
dam dux Saxoniæ nomine Fridericus bellum mi
xiſſet, miſit exploratorem in aulam Epiſcopi, q
cum rediiſſet ait Epiſcopum nullas plane copias
bellum comparare, ſed ocioſo eſſe animo, Et ſubij
Epiſcopum interrogantibus de bello ita reſpon
re, ſe uelle officium ſuum facere, Eccleſias & mo
naſteris uiſitare & pauperum cauſas agnoſcere,
Deo negocium belli totum commendare, hoc ubi a
diuiſſet Dux Saxoniæ omiſit bellum, quominus uide
retur ϑεομαχεῖν.

Et educet quaſi lumen iuſtitiam tuam, &
iudicium tuum tanquam meridiem.

[illegible] ſupra tradita ſeruaueris, & cauſam tuam Deo commiſeris in inuocatione tunc glorioſam liberationem ac euentū experieris, Deus .n. grauius puniet inimicos tuos quam auſus fuiſſes optare, & innocentia tua nota fiet omnibus, atq; tam illuſtris q̃ eſt dies & meridies, Tu modo uide ne Deum tua impatientia & cupiditate uindictæ in operibus ſuis impedias, ſed fac imiteris patriarcham Ioſeph, qui primum à fratribus ſuis nefarie uenundatus, Deinde falſa criminatione uxoris Potiphare condemnatus et coniectus in carcerem, nō cogitauit de uindicta, ſed totam ſuam cauſam Deo commendauit. Itaq; Deus tandem iuſtitiam eius quaſi lumen eduxit, & ius ſuum tanq̃ meridiem. Deus enim non modo eum eduxit tandem ex carcere, Verumetiam ampliſs: honoribus affecit, Ita ut totius Ægypti gubernator fieret &c. Ad eundem modum Deus Dauidem liberauit & glorificauit, cum uindictam Domino committeret. Nam Dauid totum decennium ut ſtudioſus et regni affectator à Saulitis criminabatur. Tandem uero præter omnium opinionem & ſpem ſuam Deus iuſtitiam & ius ſuū in lucem produxit, ut luce meridiana Dauidis innocentia fieret clarior. Huc & alia ſimilia per multa exempla pertinent, ut illud Athanaſij, Nam cū Arriani acerbiſs: odio in Athanaſiū flagrarent, eiq; ſummā turpitudinis notā caperēt inurere. Subornarunt tandē quandam muliercualam quæ Athanaſium accuſaret apud iudices, eo quod ſibi uim at-

taliſſet, Cum uentum eſſet ad iudices, Athanaſius
rogauit Timotheum collegam ſuum, ut ipſe crimi
nanti mulieri reſponderet, quae cum Timotheum
nominatim accuſaret exiſtimans eum eſſe Athana
ſium. Athanaſius iudicio liberatus eſt, & cum lau
de diſceſſit, Arriani uero cum ſumma confuſio
& turpitudine diſceſſerunt. Sic Deus iuſtitiam
ius Athanaſij luce meridiana clarius reddidit. A
quis omnia exempla quae partim extant in
hiſtorijs, partim quae quotidiana experienti
peditat, commemorare poterit?

Verum his & ſimilibus exemplis [illegible]
confirmantur ij qui iniuſte [illegible]
patienter [illegible], ut diſcant cauſam ſuam [illegible]
dictam [illegible] Deo committere [illegible]
bus.

Expecta Dominum, & operire eum.

Non ſatis eſt ut Deo cauſam tuam comme
& petas ut te in omnibus tuis negocijs rega
bernet, ſed oportet etiam te perdurare in ſ
tione & patientia, nec ſpem abijcere aut ſ
animo, cum uideris differri auxilium, et
diuinum. Vult enim Deus fidem & innocen
tiam dilatione auxilij & [illegible] exerceri. V
Deus ut regentis & gubernantis te manum
[illegible]. Sicut foetus in utero materno ſu
Dei manus ſuſtinet. Du muſt vnſerm H
Gott ſtille vnd aushalten/ Wenn er dir h
fen ſol/ vnd deine ſache wol hinaus füren.

[illegible] uiro cuius fortunata eſt [illegible]

[illegible] uia fortunata malorum,
[illegible] Vita nec inflati conſcelerata uiri.

[illegible] Caue ne concipias, nec alas flammas [illegible] impios in impietate ſua flo[illegible] eſſe, eisq; omnia ex animi ſen[illegible]; iterumq; moneo ne ac[illegible] inſidias contra eos, pęne co[illegible], ſed fac te ad patientiam, [illegible] & ſimul ori tuo frenum [illegible] iniuria & affectus illos [illegible] promiſsionum, & commis[illegible] tranquilles. Ideo eandem [illegible] repetit, dicens,

[illegible] ira, & derelinque furorem,
[illegible] ne & ipſe male facias.

[illegible], ſed ualde neceſſaria eſt hæc repe[illegible] & odio indulgeat. Quia ingens [illegible] carnis etiam in illis ſanctis qui ali[illegible] fecerant in pietate, & ut Epiſto: [illegible] δια τὴν ἕξιν αἰσθητήρια γεγυμ[illegible] ἐχόντων.

Cauſam cur [illegible] indignetur alijs, quibus in hac uita bene eſt, exprimit, ne & ipſe male facias, Qui enim proximo [illegible] iraſcitur is multipliciter peccat, primum non poteſt orare. qui autem non orat in eo fides langueſcit & Dilectio frigeſcit, is non poteſt non ruere de peccato in peccatum. Deinde cum pius maxime is qui debet alijs prælucere pijs moribus iraſcitur et ſcommatur proximum, offendit alios, & facit ut hi qui nondum ſatis confirmati ſunt in doctrina leuius de Euangelio ſentiant & ita nomen Domini afficiatur contumelia.

Qui enim male faciunt, exterminabuntur.

Malignantes ſeu malefacientes uocat, I. impios qui quidem in Deum [illegible] & pios affligunt & premunt ac perſequuntur. Deinde eos qui à fide et uerbo Dei deſciuerunt. Hoc autē accidere ſolet quando iracundia, inuidia, & ſimilibus peccatis affecti ſunt [illegible]

Suſtinentes autem Dominum ipſi hæreditabunt terram.

[illegible] [illegible] diligenteſq; profitentur Chriſtum & doctrinam eius. [illegible] [illegible] das Euangelium / und die Chriſten [illegible] lieb haben / vnd an jn glauben.

Emerunt aromata.

Aromata ſignificant omnis generis beneficia [illegible] pij auditores in Miniſtros Eccleſie conferunt. Quia verum ſtudium Euangelij & verus amor Chriſti ſemper cum beneficentia [illegible] coniunctus eſt. Econtra vero in hypocritis nulla eſt liberalitas & humanitas erga pios doctores.

Vt ungerent IESVM

Diſcimus [illegible] defunctos et dormientes in Chriſto honeſte ſepeliendos eſſe, & Cœmiteria illorum ornanda & conſeruanda.

Et valde mane una Sabbathorum, veniunt ad monumentum.

Monumentum ſignificat ſacram Scripturam ad quam afflicti & conſternati ſenſu peccati ac metu iræ Dei confugiant, hoc eſt, ſine mora & ſine ulla [illegible] ac heſitatione ad Miniſtros Euangelij [illegible], & ab illis conſolationem petant [illegible] dolori & cogitationibus [illegible] [illegible].

Orto iam Sole.

Sol [illegible] Chriſtum Malach. 3. & tempus [illegible] Euangelij [illegible] [illegible] lucente

luce

[illegible]
et [illegible]
ac [illegible]
ceros doctores [illegible].

Q[illegible] lapsilium [illegible]
[illegible] monumenta [illegible]

[illegible]
tur [illegible]
mentes non possunt, nisi predicatione Euangelij
per Ministros Ecclesiae. Weran [illegible]
[illegible]
[illegible]
legen.

[illegible]
ti est imago [illegible]

Quod autem Angelus [illegible]
[illegible]

[illegible]

ALIVD

ALIVD.

DE SAMSONE.

SAMSON eſt imago CHRISTI, Sponſa Samſonis eſt Eccleſia. Problema à Samſone propoſitum conuiuis eſt Euangelium, Conuiuae ſunt Iudaei ac Gentes.

Vt autem Sponſa interpretationem aenigmatis à Samſone blanditijs ſuis ac precibus impetrauit & poſtea conuiuis tradidit. Ita Eccleſia ueram interpretationem Myſterij id eſt, Euangelij à ſponſo ſuo Chriſto accepit, & tradit eam conuiuis, hoc eſt uocatis ad regnum coelorum. Denn wie die Braut des breutgams mechtig iſt / alſo auch die Kirche iſt Chriſti jres breutgams mechtig.

Leo laceratus à Samſone eſt Typus mortis ſuperatae atque extinctae in ipſo Chriſti corpore.

Mel & apes ſignificant dulcißimas promißiones & conſolationes Euangelij.

Item Samſon imago eſt piorum omnibus temporibus, qui dum in timore Dei ambulant, & ut Paulus inquit Philip. 2. cum timore & tremore ſalutem ſuam operantur, fidem ac Spiritum ſanctum retinent, interimq; res magnas & ſalutares gerunt; Sicut Samſon res heroicas & utiles gerebat, & glorioſas reportabat uictorias. Verum ubi ſecuri & ocioſi eſſe coeperint, illecebris uoluptatum inescati capiuntur ac euertuntur à Diabolo. Quemadmodum Samſon tandem blanditijs Delile uictus eſt, & occultum ſuum robur perdidit, Nam Delila eſt imago uoluptatis. Significat autem hec hiſtoria pios facilius illecebris uoluptatum, quam rebus aduerſis & apertis tentationibus frangi poſſe, ut oſtendit exemplum Dauidis & ſimilia.

ALIVD.

Ex Hiſtoria de immolatione Iſaac pulcherrima & maxime analoga fidei allegoria fieri poteſt. Abraham eſt imago Dei uolentis genus humanum propter peccatum perdere. Iſaac eſt typus humani generis. Angelus monſtrans arietem ſignificat Spiritum ſanctum admonentem Deum patrem ſuæ φιλανθρωπίας erga genus humanum, Aries inter uepres herens cornibus eſt imago Chriſti, qui pro redemptione humani generis factus eſt uictima mirabili & inſcrutabili conſilio Dei &c.

ALIVD.

Ex ueteri teſtamento de Tabernaculo etc.

Tabernaculum eſt imago Eccleſiæ, Color purpureus Tabernaculi ſignificat ſanguinem Martyrum, Color coccineus ſignificat Dilectionem, qua Deus Eccleſiam complectitur & mutuam illam beneuolentiam & φιλαδελφίαν piorum.

Color hyacinthinus ſignificat afflictiones & calamitates Eccleſiæ. Color byſſinus ſignificat uitam conſolationum et lætitiam. Hinc eſt quod angeli in ueteri & nouo teſtamento ſemper in albis ueſtibus apparuerint.

His coloribus ornata eſſe debet Eccleſia.

ALIVD.

De Arca fœderis.

Pulcherrima imago Eccleſie omnium temporum eſt Arca fœderis.

Duæ tabulæ Decalogi in Arcam collocatæ ſignificant Eccleſiam ſemper oportere cuſtodiam eſſe Propheticorum & Apoſtolicorum ſcriptorum, in quibus Deus ſe patefecit. Vbi igitur hi libri ſunt, ibi Eccleſiam Dei eſſe oportet.

Propiciatorium ſignificat Chriſtum.

Vt enim Arca tegebatur tabula illa aurea, ita Eccleſia tegitur & defenditur aduerſus iram & horrendum iudicium Dei mediatore Chriſto propter quem Deus parcit nobis, recipit & exaudit et iuuat nos.

Item, ſicut propiciatorium eſt ſedes Dei, Ita Chriſtus uere ſedes eſt Dei, Quia in Chriſto habitat tota diuinitas corporaliter Coloſ: 2.

Duo Cherubim ſtantes ſuper Arcam alas iungentes & ſe mutuo contuentes ſignificant Miniſterium doctrinæ, in utroq; teſtamento & ſunt iunctæ alæ & facies ſe mutuo contuentur, ut conſenſus doctrinæ ſignificetur.

Vectes & Baculi ſignificant etiam Miniſtros Doctores & Scholaſticos.

Aliud de nauicula Chriſti, Math. 8.

Nauis qua Chriſtus uehitur imago eſt Eccleſie. Mare ſignificat mundum, uenti & procellæ ſignificant

ficant diabolum, Diſcipuli Chriſti ſunt omnes pij doctores & auditores Euangelij. Chriſtus enim eſt ipſe ueritas, Doctrina Euangelij & fides. Priuſquam Chriſtus & diſcipuli eius nauem ingrediuntur mare tranquillum eſt, & nulli ſæuiunt ac uenti, ſed mox ſimul atq; Chriſtus cum diſcipulis ſuis mare ingreſſi ſunt, oriuntur procellæ ac tempeſtates. Ad eundem modum ubi doctrina Euangelij prædicari in mundo cœperit, Reges & Principes & omnes ſapientes huius mundi fremunt, tumultuantur, & doctrinam Euangelij ſimul cum pijs doctoribus & profeſſoribus funditus delere conantur. Iuxta illud Pſalmi 2. Quare fremuerunt gentes &c. Es wolt alles rege vnd wege in der Welt. Vt temporibus Chriſti, Apoſtolorum & Martyrum, acciderat, & nunc noſtro ſeculo, uidemus accidere.

Quod autem Chriſtus in nauicula dormit ſignificat tempore perſecutionis Chriſtum diſsimulare ſe furores diaboli & mundi, miſeriam Eccleſiæ & afflictiones piorum cernere, Verum excitatur tandem Chriſtus clamore diſcipulorum, hoc eſt, precibus Eccleſiæ clamantis ad eum die noctuq; &c. Quo ipſo mare fit tranquillum, ſedatur tempeſtas hoc eſt, Chriſtus concedit tandem aliquam tranquillitatem Eccleſiæ, ut doctrina Euangelij propagari poſſit &c.

Hæc allegoria non modo erudita eſt, ſed etiam analoga fidei, quia congruit cum ſcriptis Propheticis & Apoſtolicis, & magnam lucem affert dictis Scripture.

Sciendum eſt autem quod non ſolum in ſacris literis, ſed etiam in creaturis Dei, erudite, apte & dulces Allegorie fieri poſſunt. Multa enim & uaria ſunt ueſtigia diuinitatis creaturis impreſſa, ſed eſt magne ſapientie & ſpiritus illa deprehendere. Nec dubium eſt Salomonem in oſtendendis illis ueſtigijs & picturis Dei natureq; diuine incredibilem habuiſſe dexteritatem ac fœlicitatem, ac precipuum ea in re preſtantis ſapientie ſue ſpecimen declaraſſe.

Sed exempla quedam huius rei proponamus.

Allegoria de Leone.

Leo primum imago eſt uere pij Prouerb. 28. Iuſtus quaſi leo confidens, abſq; terrore erit. Vt .n. in leone incredibile quoddam robur eſt cordis ita ut nullũ animal quantumuis ferox, ſeuum, magnum, & immane extimeſcat. Ita iuſtus dum ſtat in fide nullos hoſtes qui ſibi minantur exitium, nec corporales nec Spirituales formidat. Item, Sicut Leo non ceterorum animalium more, dormiturus petit latebras, Sed quocunq; locorum ſomnus eum oppreſſerit, ſecurus in terram ſeſe abijcit. Ita iuſtus quocunq; locorum peruenerit, ſiue in terra uerſatur, ſiue in mari fluctibus agitatur, ſiue in carcere iacet, ſemper infracto & tranquillo animo, quia certum eſt Deum ſibi adeſſe [illegible] cre- [illegible] scriptum est Psal. 92. Cum ipso sum [illegible] [illegible] 139. [illegible] spiritu suo & [illegible] & 1. [illegible] Actor. 10. [illegible] Deum & operantur [illegible] est illi.

[illegible] Leo est imago Diaboli, 1. Petri 5. Adversarius vester Diabolus tanquam leo rugiens, [illegible] quaerens quem devoret. Ut enim leo [illegible] crudelissimus [illegible], [illegible] Diabolus [illegible] Dei & [illegible] & [illegible] [illegible] occasiones intentus, si quo modo [illegible] re ac perdere [illegible] animas aut corpora [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Leo [illegible] & [illegible] [illegible] & [illegible] [illegible] negligens [illegible] Dei fidem & [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible]

[illegible] Diaboli [illegible]

[illegible] ſub ſpecie angeli lucis, imo Dei, affert ſcri[illegible], ſed mutilatos ſcripturæ locos; quemadmodum in exemplo primorum noſtrorum parentum conſpicitur, cum Diabolus Heuam ſub ſpecie [illegible] formoſiſſimi & blandiſſimi animalis, ſcilicet, Serpentis, ac deprauato Dei mandato decepit ac perdidit, inquiens, Nequaquam moriemini, ſcit enim Deus &c. Q. D. Non recte mandatum Dei de prohibita arbore intelligitis, atq; ita [illegible] argumentatur à Maiori ad Minus. Qui vobis conceſſit de omnibus arboribus comedere. Quidni etiam de iſta arbore conceſſerit, ſic paulatim verbum Dei animo eius per corruptelas man[illegible] &c.

Alia de Crocodilo & Ichneumone.

In Crocodilo Deus pinxit Diabolum, Ichneumon vero eſt typus Chriſti. Sicut enim Ichneumon [illegible] animal mergere ſe limo dicitur ſæpius, ſo[illegible] in fauces Crocodili proſilire parat, quem ubi ſomno oppreſſum eſſe conſpexerit illico in fauces eius inuadit, aluumq; eiuſdem ingreſſus corrodit, ita Chriſtus contriturus caput ſerpentis, [illegible] opera Diaboli, humanam aſſumpſit naturam, ac ſicut inuolutus eſt carne & [illegible] in fauces, Diaboli [illegible] filijs, poſ[illegible] & deuorari, ſed cum iam Diabolus [illegible] omnino extinctum eſſe arbitraretur, [illegible] illo triumphauit.

Ibi tum Chriſtus tertia die reſurgens aluum eius erodit, hoc eſt, infernum deſtruxit, omnemq; poteſtatem eius, ſcilicet, mortem ac tyrannidem illius extinxit, funditusq; deleuit.

Alia de Pauone.

Pauo eſt imago phariſæorum ſpirituum & Hæreticorum, Vt enim Pauo pulchritudine & opibus pennarum ſibi ipſi blanditur & placet, eamq; ob cauſam mirum in modum effertur cæteras uolucres præ ſe contemnens, Item explicatione & oſtenſione pennarum prætereuntium oculos in ſe conuertit. Ita Hæretici & phariſæi doctores propter donorum ſuorum præſtantiam ſeipſos admirantur, ſuaq; dona oſtentant, iiſdemq; mirificum ſibi applauſum & admirationem apud imperitum uulgus conciliant. Significant igitur pennæ pauonis utrumq; & inſignia illorum dona, & noua atq; plauſibilia dogmata, Nam his duabus rebus inclareſcunt, autoritatem & admirationem ſibi parant.

Item, ſicut Pauo [illegible] & inſuauem habet uocem, ita Hæreticorum & phariſæorum doctrina, etiamſi [illegible] impijs iucunda & grata ſit, ſonum tamen pijs [illegible] parturit, & in triſticiam conijcit, ut in exemplis conſpicitur. Item ſi humana ratione [illegible] blanditur & iucunda & ſuauis uidetur, [illegible] in [illegible]

Quia

Quartū Pauo Zelotypia & inuidia laborare dicitur, ſic & impij doctores atq; heretici, oẽs uere pios doctores premunt, neq; in Eccleſijs ſuis ferre poſſunt, ſed quoquo modo illos conantur opprimere/ Denn ſie wollen allein alles ſein/ vnd können niemand bey ſich leyden. Exemplo eſt Arrius qui non poterat ferre Alexandrum Epiſcopum Alexandrie nec ullos alios orthodoxos patres.

Poſtremo pedum deformitas in pauone ſignificat heretica & Phanaticę doctrinę fundamentum eſſe deforme, hoc eſt, pugnare cum ſana doctrina Euangelij quod ubi agentes animam phanatici ac Heretici intueri cœperint, ſubito territi deformitate & impietate doctrinę ſuę exclamant & in deſperationem ruunt.

ALIA DE OVE.

IN OVE Chriſtus ipſe pinxit naturam & ingenium uere pij: Vt enim Ouis tota ex gubernatione & cura paſtoris pendet, ſic pium à ſolo paſtore ſuo Chriſto doceri & regi neceſſe eſt, Item Ouis nullam aliam prǽter paſtoris ſui uocem agnoſcit, quam ubi audierit lęta, & exultans accurrit, ita pius neglectis omnibus alijs, ſolam Chriſti doctrinam agnoſcit & amplectitur ac retinet hanc audiens ſummo afficitur gaudio & tranquilla fit conſcientia, Item, ſicut Ouis à grege delapſa & [illegible] ſe ad paſtorem ſuum [illegible] non poteſt, ſed [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] re [illegible] [illegible] [illegible] poteſt ſic viribus [illegible] [illegible] Chriſti id eſt Catholicæ [illegible] [illegible] [illegible] & conſtringitur [illegible].

Alia de [illegible].

Stratio eſt [illegible] [illegible] [illegible] Stratio ubi [illegible] aut ſolio [illegible] [illegible] ſuum [illegible] [illegible] ſuum corpus [illegible] & latere ſe arbitratur, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] bene opere [illegible] poteſt ſe [illegible] [illegible] [illegible] & [illegible] [illegible] ſe, ſeq; Dei [illegible] & gratiæ [illegible].

De Baſiliſco.

In Baſiliſco peſtis eſt [illegible] [illegible] [illegible] ille ipſo aſpectu [illegible] [illegible] [illegible] in illo [illegible] [illegible]. Sic ſi homo [illegible] peccati ſui [illegible] [illegible] ipſe [illegible] ac ſi [illegible] ſolis [illegible] [illegible] pre-[illegible] longiùs [illegible] Dei quod [illegible] [illegible] ſeipſo [illegible] [illegible] peccati & [illegible] adverſis [illegible] [illegible], [illegible] fiat Baſiliſcus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ſui [illegible], Non [illegible] [illegible] ſuus [illegible] per [illegible] Regnum [illegible] & familiæ turbabit, Non [illegible] impios [illegible] [illegible], Omnemq; [illegible] ſive Eccleſiaſticam

ſive

[illegible] ſunt excommunicati illi tenuerint, nullis illis ſides, nulla ſœlicitas, nullus rerum ſucceſſus, Da iſt kein heil/glück noch ſegen/item. Quemadmodum Muſtela vero Baſiliſco exitio eſſe dicitur, [illegible] interficit cum in cauernis ſola tabe. Ita ſolus Chriſtus cuius imago eſt Muſtela, ſua morte extinxit ac deleuit peccatum. Præſentiſſimum eſt igitur remedium aduerſus ſenſum & horrendum conſpectum peccati, cogitatio mortis Chriſti.

DE AQVILA.

Aquila eſt imago pij, ut enim Aquila, ubi roſtrum quod adeo ſibi in ſenecta accreſcit, ut cibum capere nequeat, & propterea fame contabeſcit ad petram alliſit, uires recuperat & quaſi renouatur. Ita pius tentationibus & luctibus oppreſſus tormentiſque iam contabeſcens mœſtitia ad petram, id eſt, Chriſtum ſe recipit, à quo confirmatur renouatur & nouas uires acquirit, Sicut ſcriptum eſt Eſaiæ 40. Qui autem ſperant in Domino nouabunt uires recipient, ut pennis ſicut aquilæ euolent &c.

Ad Allegoriam pertinent μυθολογίαι ſeu ſacra illa poemata. Quale illud eſt de Chriſtophoro quod haud dubie ab erudito quodam ac pio Doctore confictum eſt, uoluit enim quaſi in pictura ſeu imagine quadam oſtendere. Qualis ſit uita Chriſtiana. Magis enim illa animos atq; aures imperitorum feriunt ac mouent quæ eiuſmodi picturis & figuris [illegible] proponuntur.

Principio Chriſtophorus fingitur vaſto atq; robuſto fuiſſe corpore, Quo ſignificatum eſt Chriſtianum magnifice prorſus diuinis viribus præditum eſſe oportere, propterea quod ingens afflictionum ac ærumnarum moles ei ſuſtinenda ſit. Denn menſchliche krafft vnd ſterck iſt viel zu geringe vnd ſchwach dazu / das ſie ſolt ſolche greuliche püffe von der welt vnd dem Teuffel ausſtehen.

Item ingens robur animi & fortitudo in Chriſtophoro dicitur fuiſſe. Quia Chriſtianum magno & infracto eſſe animo oportet, Quippe cum acerrima certamina & pericula ſibi ſubeunda ſint in ordine Eccleſiaſtico, Politico, Oeconomico, & dimicandum non cum carne & ſanguine, ſed cum Diabolo & angelis eius, Tanta enim magnitudo animi in Chriſtiano eſt, vt mortem & omnem potentiam ac furorem Diaboli in fide adiutus à ſpiritu ſancto contemnat. Item ſicut Chriſtophorus negauit ſe nulli præter cæleſtem, [illegible] principi ſeruiturum eſſe, ita Chriſtianus in baptiſmo iurat ſe ſoli illi Deo, qui eſt creator omnium & qui ſe in filio ſuo Chriſto patefecit, colitorum eſſe.

Item Chriſtophorus cupiens videre & cognoſcere Regem omnium regum, id eſt, Chriſtum, primo perducitur ad illum Eremitam, qui ſibi illum oſtenderet, vt ſignificetur Chriſtianum poſt baptiſmum primo deducendum eſſe ad Doctorem Eccleſiæ qui eum in doctrina legis & Euangelij probe inſtituat, & monſtret ſibi Chriſtum. Ad hæc certa exercitia fidei præſcribat, atq; eundem hortetur, certam & Deo placentem amplecti Vocationem. Denn ein Chriſten muß nicht ein müſſig/ faul/ ſicher leben führen, non ſit ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης. Sondern all ſein leben vnd weſen ſol dahin gerichtet ſein / das er Gott ſeinen HErrn lobe vnd Preiſe/ vnd dem Nechſten diene. Hoc ſignificatum eſt, in eo quod Eremita iubet Chriſtophorum naucleron fieri, & homines ſublatos in robuſtos humeros per flumen traijcere, iuſto precio.

Hanc Conditionem ubi accepiſſet Chriſtophorum, accidit aliquando ut intempeſta nocte euocaretur à quodam puero, quem ipſe traduceret, Cumq; egreſſus Chriſtophorus puerum in humeros tollere pararet, puer blandiens quæſiuit ex eo, num ſe poſſet traijcere? Tum ille, Ego ne, inquit, te tantillum puerum humeris ſublatum traijcerem? Vix ingreſſus flumen Chriſtophorus, ſenſit puerum magis magiſq; uelut ingens quoddam onus ingraueſcere, cumq; in medium ferè flumen perueniſſet, pueri ingraueſcenti propemodum cœpit ſuccumbere, parumq; abfuit quin ſuccubuiſſet oneri, niſi arbore, quam dextra manu tenebat, ſeſe ſuſtentaſſet.

Sic uita eſt Chriſtianorum, cum primum doctrinam Chriſti amplectuntur, mirum in modum

hac

hæc ipſis blanditur iucunda & grata eſt. Itaq; ſibi polliceri incipiunt ſummam felicitatem, & vitæ tranquillitatem, ac ſe iam perſuaſum eſſe arbitrantur omnibus periculis, ac ſecuris negotiis. Diabolum, mundum, peccatum & mortem vincere poſſe exiſtimant. Verum ſimul atq; Chriſtum in humeros ſuſtulerint & in profundum maris proiectum ſit, hoc eſt, poſtquam Chriſtum profiteri cœperint in ſua quiſq; vocatione, tum demum ſentiunt ſe onus Ætna grauius ſuſtinere humeris. Quia cōcitabunt contra ſe omnem ſæuitiam ac furorem mundi & Diaboli. Der Teufel wird ſie auſſen und inwendig plagen.

Accedunt monſtra illa marina, quæ Chriſtophoro minantur exitium, hoc eſt, horrendi pauores ac terrores & ingentia certamina ſunt, teſtatur Paulus 2. Corinth. 7. ἔξωθεν μάχαι, ἔσωθεν φόβοι. ſuſtinenda ſunt pijs homini illa, id eſt, Mundo quibus omnino ſuccumberent, atq; opprimerentur fluctibus tentationum [illegible], hoc eſt verbo Dei ſeſe ſuſtentarent, Das Wort Gottes mus die Chriſten erhalten, tröſten und ſtercken in allen trübſale. Vnicum hoc eſt ſolatium in omnibus aduerſis in quo acquieſcunt pij.

Poſtremo Chriſtophorum ferunt, poſt ſuum luctamentum, precatione ſua multa fecisse miracula, et tandem propter confeſſionem Chriſti nominis raptum eſſe ad ſupplicium. Ita Chriſtianus poſtquam multis et varijs tentationib. certaminibus & conflic-

tatibus

[illegible] incipit ueras & flagrantes dicere preces, Nam uexatio dat intellectum.

Denn ſolche leute/die wol tentiret vnd probiert ſein/die können denn auch recht emſig vnd vleiſſig beten / vnd dadurch groſſe ding ausrichten.

Sed ad extremum rapiuntur ad ſupplicia & occiduntur ut blaſphemi ac ſeditioſi, Dz iſt denn ein recht Prophetiſcher vnd Apoſtoliſcher tod iuxta illud Pſalmi 116. Credidi propter quod locutus ſum, ego autem humiliatus ſum nimis.

DE GEORGIO.

Quemadmodum Chriſtophorus eſt imago Eccleſiæ, ſeu uere pij doctoris Eccleſiaſtici, Ita Georgius eſt typus uere heroici gubernatoris politici, qui diuinitus uocatur & excitatur ad gubernandam & defendendam rempublicam, qui non modo ſingularibus donis ad gubernandum inſtructus eſt, ſed etiam cui ſingularem autoritatem ac fœlicitatem Deus circumdedit.

Tales enim eſſe oportet, qui in ſummis periculis reipub. ſalutem afferat, Quales Heroes in populo Dei fuerunt Ioſua, Gideon, Samſon & ſimiles. Apud Ethnicos Achilles, Hector, Iulius Cæſar, Auguſtus, Alexander Macedo, Themiſtocles &c.

Non enim ſatis eſt politiam optimis legibus, prudentiſſimis doctiſſimisq; uiris inſtructam eſſe, ſed neceſſe eſt etiam accedere gubernatorem, qui heroica [illegible] fœlicitate præditus ſit.

Denn es iſt nicht gnug/ das eine ſtat oder land gantz/mechtig vnd reich iſt von gelerten vnd klugen verſtendigen leuten / ſie muß auch ein wundermann da ſein / der das beſte thun ſol.

Vt enim Rex iſte cui Georgius opem tulit ſuis viribus & conſilijs Draconem ipſum quamuis ſuſpectum non poterat è medio tollere, ita Magiſtratus, hoc eſt, Reges, principes & Gubernatores politici oppreſſæ reipub. opem ferre nequeunt, niſi à viro heroica fortitudine ac felicitate prædito adiuti fuerint. Vt apparet in exemplo Achillis, qui dum pro Græcis & cum Græcis pugnabat ſuperiores erant Troianis, E contra cum ipſe pugnare ceſſaret, magnam cladem accipiebant.

Filia Regis eſt politia ſeu reſpub. quo poëmate ſignificatum eſt, Reges, Principes & Gubernatores politicos non aliter debere rempublicam amare & fouere, quàm pater ſolet vnicam ſuam filiam diligere.

Draco ſignificat omne genus calamitatis ac peſtis, qua oppreſſa eſt politia ſeu reſpub.

Quod Georgius vltro opem fert Regis filiæ deſtinatæ Draconi, & regnum ab iſto portento ac peſte liberat, ſignificatum eſt heroicum virum innato quodam ſtudio iuuandæ reipublicæ ac reſtaurandæ publicæ tranquillitatis flagrare, Nullos quantumuis difficiles & moleſtos labores refugit, nulla fugit pericula, nulla detrectat certamina, vt hominum vndique rempublicam iuuare & ornare poſſit [illegible] sibi esse propter salutem reipub. [illegible] compere & gloriosum putet pro libertate patriæ mortem oppetere. [illegible] in Achille conspicitur, qui interrogatus [illegible], quos sustinuisset omnium maximos & difficillimos labores respondet susceptos pro amicis, cumque pergeret Aiax interrogare quos nam [illegible] iucundissimos sustinuisset, rursus Achilles [illegible] inquit, Significans heroicum virum flagrare immensa cupiditate iuuandæ reipub. quæ [illegible] suscipit asperrimus, non ut sine voluptati sed ut communi consulat.

De Tundalo Equite.

[illegible] de Tundalo ponitur ad illud Christophori [illegible]. Sic autem habet narratio Tundalum super [illegible] non excedentem latitudinem palmæ [illegible] cum grossitudine & infra se habens [illegible] paludem plenam sulphuris & draconum, [illegible] in medio ponticulo habens obuiam qui sibi cedere iubet.

Hos ponunt veteres olim doctores Ecclesiæ [illegible] quam plena periculi sollicitudine [illegible] sit vita piorum.

[illegible] significat [illegible] qui angustam [illegible] ad vitam & regnum cœle[illegible].

[illegible] vitam Christianam, quæ ado[illegible] propter insidias

Diabolicę, mundi ſæuitiæ. Oportet igitur Chriſtianum caute, prudenter, circumſpecte, & ſumma uigilantia ambulare & cauere ne [illegible] impingat, ruat & labatur. Propterea quod uarias & infinitas illi telas texerit Diabolus, multis ſcripturæ paſſim docet. Quod homini Tundali [illegible] [illegible] alterum hominem [illegible] pontem prebuit atq; in cauſa ſuis ſurtis & [illegible] impedire ſtudens, Dæmones ſunt [illegible], qui pontem in profundam paludem conantur protrudere, hoc eſt in impatientiam, deſperationem ac ſuperbiam, aduerſus Deum impellere. Vir armatus in medio ponticulo occurrens Tundalo eſt mundus, qui iubet plane ſibi cedere, & omnino eius doctrinam ac uitam ad uoluntatem ſuam attemperare.

Hæc de Allegorijs ſatis ſit dixiſſe. Cæterum quod de Allegorijs dictum eſt, idem etiam de ſimilitudinibus dici poteſt, propter earum cognationem, [illegible] [illegible] differunt eſt in Allegoria uerum ſignificatio mutatur, ſed in ſimilitudine retinetur.

DE PROSOPOPOEIS

προσωποποιΐα.

Proſopopœia eſt fictio perſonarum, cum ſcilicet rebus inanimatis aut fictis, aut irrationalibus animalibus aut etiam mortuis ſermonem hominis tribuimus. Sunt autem Proſopopœiæ Theologicæ, cum aut fingimus & introducimus loquentem Eccleſiam, aut [illegible] [illegible] [illegible], aut [illegible] affectus [illegible] [illegible] inanimatis at-

tribuim

dolentium, ſicut facit Paulus Rom. 8. Vbi creaturam fingit nobiſcũ congemiſcentẽ & parturientẽ.

Admonendi autem ſunt hoc loco nouitij concionatores, ut raro & uerecundè proſopopœiis utantur. Sunt igitur proſopopœiæ itidem ut Allegoriæ analogiæ fidei, hoc eſt, eruditè concinnæ & quæ ſententiam ſcripturæ maximè illuſtrant & ornant, Qualis eſt illa paulina Rom. 8. ὅτι πᾶσα ἡ κτίσις συστενάζει, καὶ συνωδίνει ἄχρι τοῦ νῦν. Hic introducit quaſi in ſpectaculum uniuerſas creaturas Dei, more parturientis mulieris, gementem & dolorem parturientiũ ſentientem & ipſo geſtu oſtendentem & affectus humanos illis attribuit. Solem indignari & grauiter affici, & quaſi mœrore conſici, quod hanc ſuam ſuauißimam lucem impijs & impuris ac ſceleratis hominib. impertiri cogatur. Angitur itaq; tum propter abuſum ipſius, tum propter dilationẽ liberationis ſuæ & glorificationis piorum. Cupit enim pijs tantum lucere ac ſeruire, id quod in futuro ſeculo licebit. Ad hunc modum et cæteras creaturas licebit fingere, ſimul cum pijs congemiſcentes & grauiter angi, quod ſceleratiß: hominibus ſeruire cogantur.

ALIVD de Volucribus.

In Euang: Mat. 6. Vbi Chriſtus iubet nos exemplum uolucrum imitari inquiens. Reſpicite uolatilia cœli &c. commodam & iucundè licebit facere προσωποποιΐαν h. ẽ. introducere auiculas colloquentes cum homine anxiè ſollicito de uictu & amictu.

Ad hunc modum ſi queras ex auiculis, cur tam alacres uolitent, ac coelo libero ferantur. Haud dubie, ſi illis daretur ſermo reſponderent, nos ne ſimus alacres, qui tam benignum Deum creatorem habemus, à quo nobis quocunq; locorum peruenerimus, cibus paratus eſt. Mane cum euigilauimus, primum omnium Deo creatori noſtro preces matutinas laeti cantillamus. Poſtea aut in campos, aut prata, aut hortos deuolamus. Ibi enim à Deo creatori noſtro uictus & menſa nobis parata eſt. Veſperi cum ad nidum nos recipimus ſollicitudinem omnem reijcimus in Deum, Quia certi ſumus nos ab eo curari & ali. Et ſi queras ex eis, qui illud ſciant haud dubie ita reſponderent, uides ne quid in alis noſtris pictum & ſcriptum ſit? Et Pater ueſter coeleſtis alit ea &c.

Huiuſmodi προσωποποιίαι ſi fuerint tempeſtiue & rarae admodum decent & commendant conciones.

Eius generis eſt illa eruditiſſima προσωποποιία, quae extat in cantilena illa germanica. Nu frewt euch lieben Chriſten / Vbi Deus pater fingitur cum filio ſuo colloquens & deliberans de redemptione humani generis & poſtea Chriſtus inducitur alloquens peccatorem & admonens eum, ut agnoſcat haec tanta beneficia redemptionis & ſanctificationis.

De praeclaris cogitationibus.

Reſtat ut de [illegible] cogitationibus dicamus.

Nihil eſt autem de quo minus quam de hac re præcepta tradi poſſunt. Sunt autem præclaræ cogitationes, quas germanice gutte zufelle / feine ſchöne vñ herrliche gedancken nominamus eiuſmodi cogitationes, quæ non cuilibet in mentem poſſunt venire. Vt cum D. Doctor M. exponens hunc locũ Matth. 8. Vade, & ſicut credidiſti, ita fiat tibi, iſtã præclaram cogitationem habuit de ſpeculo, Vt enim ſpeculum repræſentat imaginem intuentis, ita cor hominis credentis reddit imaginem dei hoc ſpeculum dixit peccato originali per furorem & calliditatem Diaboli plane deformatum eſſe, ita ut iam amplius imaginem Dei repræſentare nequeat ſed purgandum ac renouandum eſſe hoc ſpeculum aſsidua pœnitentia & inuocatione &c. Hæc cogitatio integram fere concionem ei ſuppeditauit, ſicut ipſe apud amicum olim confeſſus eſt inſignem aliquam cogitationem ſibi integram & copioſam concionem ſuppeditare ſolere, ſed ut ſupra dictum eſt non poſſunt de hac re certa præcepta tradi. Illud autem ſciant nouicij concionatores, præclaras cogitationes nihil aliud eſſe quam cum Doctor Eccleſiæ aut uulgaria & nota dicta ſcripturæ nouo modo tractat & explicat, aut cum abſtruſos locos perſpicuis & notis ſententijs declarat, id quod rhetores uocant τὰ κοῖνα καινῶς, καὶ τὰ καῖνα κοινῶς tractare. Vt ſi quis in enarratione iſtius loci omnem ſollicitudinem proijcientes in eum &c. alleget illam dulciß: ſententiam Malachiæ 3. Dominus attendit & audit, Scriptus eſt liber monumenti, ſeu memorialis coram eo timentibus Dominum & cogitantibus nomen eius. Aut cum inſignem aliquam ſimilitudinem ſeu figuram affert, quæ ſententiam ſcripturæ illuſtret. Vt in enarranda hac ſententia. Sic Deus dilexit Mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret &c. Poterit Concionator iſtam ſimilitudinem afferre, quæ hanc dulciſſimam ſententiam altius animis auditorum infigat. Deus donans & offerens filium ſuum mundo, h. e. ſceleratiſs: hominibus &c. Perinde facit ac ſi quis pater homicidæ, qui ſe infeſtiſsime filium ſuum vnicum iniuſte & crudeliter trucidaſſet, condonationem ſceleris offerret & promitteret ſe illum in locum filij occiſi recepturum eſſe, ſi modo veniam ſupplex veniat & condonationem petierit. Sic Deus hominibus blaſphemis, idololatris, homicidis &c. qui filium ſuum vnigenitum occiderunt ſuis peccatis, inæſtimabili ſua bonitate adductus, vltro offert remiſſionem peccatorum & vitam æternam. Item ſi quis locum de infirmis in fide tractauerit hanc præclarā cogitationem vel ſimilitudinem poterit afferre, Chriſtus dulciſſ: ſuum affectum ſeu φιλοστοργίαν erga infirmos in fide pingit in affectibus maternis ſeu στοργῇ materna. Sicut enim matercula filium infantem tenerius diligit ac diligentius curat, fouet & alit, quam alios liberos qui paulo adoleuerunt. Ita Chriſtus infirmos in fide ſuauius tractat et blandius alloquitur, quam firmiores & ſeniores in fide. Lon-

Et quemadmodum non offenditur mater ſordibus infantis filij, ſic Chriſtus non offenſus multiplici noſtra infirmitate et uarijs lapſibus ac erroribus pergit nos credentes in eum diligere, iuuare, tueri, conſolari, confirmare ac defendere contra furores Diaboli ac mundi &c.

Item, ſi quis expoſuerit hunc locum Lucæ 11. Beati qui audiunt uerbum Dei, & cuſtodiunt illud & taxauerit hypocritas, qui nullam aliam ob cauſam amplectuntur doctrinam Euangelij, niſi ut ſub illius prætextu licentius peccent & oſtendere uoluerit illis doctrinam Euangelij non ſalutarem ſed pernicioſam fore. Et hanc ſententiam dictis & exemplis ſcripturæ illuſtrarit licebit iſtam cogitationem ornandi, ſeu amplificandi gratia aſpergere Videlicet. Perinde facere hypocritas, qui non ſerio, ſincero ſtudio doctrinam Euangelij amplectuntur, atq; olim Philiſtini fecerunt qui poſtquam arcam Domini cepiſſent et apud ſe eam retinerēt perſuaſi erant ſe poſthac facili negocio populum Iſrael deleturos eſſe, ſed poſtea magna ſua clade experiebantur ſe Arcam Domini tam diu ſecum retinuiſſe. Ita hypocritæ tandem experiuntur, ſe magno ſuo malo ac pernicie fouere puriorem doctrinam Euangelij dum non ſerio illam amplectuntur, ſed ſolum prætextu ut illam ſuis flagitijs prætexant. Sicut uernaculè faciunt, [illegible] wird [illegible] [illegible] [illegible] werden. Melius fuiſſet illis non cognouiſſe uiam ueritatis 2. Pet. 2.

2.133.1

Haec de practicis cogitationibus breuiter annotare ſtudioſis Theologiae uolui. Non enim de his certa quaedam praecepta tradi poſſe uidentur, ſed ne intelligere quidem poſſunt inexperti ſatis nouitij concionatores, quid ſint practicae cogitationes, propterea quod longo uſu & experientia comparari ſolent, & ſunt ſingularia quaedam ſpiritus ſancti, quibus abundant hi Theologi, qui multis & uarijs certaminibus & tentationibus ſunt confirmati & probati.

DE confutatione.

Cum ſacra concio potiſſimum ad imperitorum captum accommodanda ſit, praecipue cauendum in concionando quantum fieri poterit, omnes ſubtilitates et diſputationes de rebus arduis. Huius generis cum ſit Confutatio, id eſt, diſſolutio argumentorum quae ab Aduerſarijs obijciuntur, parciſſime illa tractandum eſt in ſacris concionibus, ſed tum demum ea adhibeatur ubi neceßitas poſtulauerit. Vt cum aliqua pernicioſa & impia opinio per Haereticos aut phanaticos in Eccleſiam ſparſa, auditorum animis eximenda fuerit. Vt ante aliquot annos cum ſecta Anabaptiſtarum recens exorta erat, & mirum illud Anabaptiſticum inſigne graſſabatur, ibi tum neceſſe erat, pios doctores populum in concionibus diligenter monere ac ab illa inſidioſa & peſtifera phanaticorum doctrina ſibi cauere, ſaepius Anabaptiſtarum argumenta refutare. Sic quoties aliquam falſam perſuaſionem ex

alterius

literis ubi impium dogma ſparſum fuerit, Doctores Eccleſiæ confutatione in ſuis concionibus utantur & Aduerſariorum argumenta diluant, atq; in tempore impiæ doctrinæ ſemina opprimant.

Ad confutationem pertinent conciones inuectiuæ, cum in Rom. Pontificem eiuſq; ſectatores inuehimur, cum illorum ſcelera taxamus & impoſturas technas & practicas quibus ueram doctrinam & religionem ſtudent opprimere ac delere funditus, aperimus & in lucem proferimus hoc monſtrum quod alunt. Item cum præcipua illorum argumenta diluimus & fucos quibus præſtigias ſuas pingunt, monſtramus. Solent enim illi organa Diaboli, nouis ſubinde coloribus impoſturas ſuas ac uirulenta dogmata ornare, quo imperitiores demulceant, perturbent & illos, quorum animus eſt in dubio, in ſuam factionem pertrahant. Vt igitur rudium animi aduerſus has impoſturas præmuniantur, Doctores Eccleſiæ interdum aliquid operæ ſumant in confutandis Aduerſariorum argumentis, & in taxandis illorum blaſphemijs, idolatrijs, ſceleribus.

Admonendi ſunt hoc loco neophyti ſeu nouitij concionatores ut in hac re modeſtiæ ſimul et menſuræ doni ſui meminerint, hoc eſt, ut modeſte prudenter ac ſcite Aduerſariorum ſcelera taxent, neq; imitentur [illegible] illorum qui longo rerum uſu experientia ac præſtanti eruditione autoritatem quandam & dicendi libertatem ſibi compararunt.

runt, videntur [illegible] [illegible], qui eum legerunt vel audiverunt. D. Lutherum [illegible] [illegible] in Seſſione [illegible] [illegible] ſedem [illegible] ſuiſſe ſtudent & ipſi hanc illius [illegible] imitari, & per hoc pacto, ſeu potius [illegible] [illegible] ſe dare ſolent, ſuntq; ineptiſſimi, propterea quod ipſorum conciones non habent illum neruum, quem D. Lutherus habuit, [illegible] [illegible] aliquis eadem eruditione, qua D. Lutherus præditus erat, excelleret, tamen deſtitueretur illo ſpiritu [illegible] & virtute heroica ſeu Prophetica, qua ipſe antecelluit omnibus ſuæ ætatis Doctoribus &c.

DE EPILOGO

Epilogus ſacræ concionis debet eſſe breviſſimus, in quo ſumma Evangelij, ſeu iſtius textus, qui expoſitus eſt, quam pauciſſ: verbis recitari debet. Quod ſi temporis anguſtia non patietur, ſumma ſolum omittenda erit [illegible] quamcunque audientes [illegible] concionator [illegible] & [illegible]. [illegible] hoc vitium concionatori ſummopere vitandum eſt, ne tædium ſacietate ſacræ concionis auditores afficiat. Quod quidem futurum eſt, ſi non ad compendium, ſed [illegible]poſitam concionem attenderit. Cæterum quanto præſtabilior ſit oratio compoſita compendij ipſa teſtatur experientia, ſed [illegible], [illegible] Concionatores profectum auditorum, & ædificationi Eccleſiæ conſulere volentes [illegible] [illegible], ut prolixis concionibus [illegible] [illegible] Epilogum [illegible] [illegible] aliquanto [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] ad

[illegible]

bonam, [illegible] & ſalutarem concionem perti[illegible] præceptis tradi. Rectiſsimum igitur conſilium [illegible] Theologiæ ſtudioſis dare uidentur qui [illegible] ſummorum doctorum Eccleſiæ ſcripta & [illegible] diligenter legere ac relegere & ad eorum imitationem ſe totos componere, Item, diligenter obſeruare quæ deceant peritos artifices & doctores Eccleſiæ, & econtra quæ non deceant imperitos ac neophytos. Etenim imitatio, ut omnes oratores ac rhetores fatentur & affirmant maximam uim ad proficiendum affert. Tum enim eximium quiddam in concionatore exiſtet, ubi ad excellentem naturam fœlix imitatio acceſſerit.

De uirtutibus Concionatoris.

Etſi multis inſignibus uirtutibus concionatorem ornatum eſſe oportet, tamen tres ſunt præcipuæ quæ in eo requiruntur. Prima igitur uirtus ſeu commendatio concionatoris eſt Diligentia; hoc eſt, cum non ſolum prophetica & Apoſtolica ſcripta diurna nocturnaq;, ut dicitur, manu uerſat, legit, relegit, ita ut ſingulorum uerborum pondera perpendat, Verum etiam ut conciones ſuas componat. Nam compoſitio ſeu ſtylus acuit ingenium, format iudicium, alit pietatem, parit prudentiam & arcet præcipitantiam & prorſus multiplicia affert commoda. Cum econtra illi qui extemporales tantum conciones habent quantumuis ſint facundi & ingenio ualeant, tamen non poſſunt id præſtare ut tam prudenter & utiliter doceant, quam illi ſuperiores.

Et licet Spiritus ſanctus per eos qui extemporales habent conciones, perinde poteſt eſſe efficax atq; per illos qui compoſitas & elaboratas conciones afferunt, tamen & hoc ſpiritus ſanctus in doctore Eccleſiaſtico requirit, ut diligenter ac prudenter officium ſuum faciat, hoc eſt, ut diligenter legat, ſcribat, meditetur. Sicut & Paulus & Timotheum admonet 1. Tim. 4. Attende lectioni. πρόσεχε τῇ ἀναγνώσει, τῇ παρακλήσει τῇ διδασκαλίᾳ. Nam hæc omnia complectuntur nomine diligentiæ.

Fugienda eſt illa quorundam peruerſa diligentia, qui per uarias neotericorum ſcriptorum lucubrationes lectione uagantur. his enim non poteſt conſtare ullus fructus iſtius diligentiæ, eo quod hac uaga lectione animum prorſus perturbant. Sie machen ſich ſelbs domit jrre & defatigant. Deguſtanda tantum ſunt neotericorum ſcripta atq; illis euoluendis ſucceſſiuæ horulæ impertiendæ.

Nt.

2.

Secunda uirtus concionatoris eſt, ut ſumma cautione & prudentia doceat. Videmus quanto ſtudio & cura politici oratores uerba faciant apud Reges & principes wie vleiſſig ſie jr wort ſetzen.

Quanto maiore ſtudio & cautione dicendum erit doctori Eccleſiaſtico cui non modo apud homines ſed etiam coram Deo & angelis eius uerba facienda ſunt.

Pericl.

Periculum ferme, quoties concionatorum prodierit.

bit,Deum precatum fuiſſe,ne quod ſibi uerbum excideret,quo quiſquam offendi poſſet. At quanto magis doctori Eccleſiaſtico cauendum & precandum erit,ne quod ſibi uerbum in concionando excidat,quo aut numinis Dei gloria ledi, aut quiſq̃ piorum offendi & perturbari poßit.

Porro caute concionari dicitur quiſquis operam dat,ne quid plus minuſuè dicat, quam neceſſe eſt.Non ſolum igitur in uerbis , ſed multo magis in rebus hec cautio ſita eſt,Exempli gratia,ſi quis de iuſtificatione concionem haberet & diceret iuſticiam Chriſtianam eſſe credere in Chriſtum atq; hic ſermonem abrumperet , hoc eſſet incaute concionari,Debuiſſet enim integram definitionem iuſticie Chriſtiane tradere , uidelicet , Quod iuſticia Chriſtiana ſit apprehendere miſericordiam Dei fide in Chriſtum , & in nouitate uite ambulare, ut Paulus inquit,hoc eſt ipſis fructibus & operibus fidei declarare ſe uerum membrum eſſe Chriſti.

Iustitia Christ

Item,ſi quis hunc locum,Iuſto non eſt lex poſita interpretaturus ſic doceret, pium nullis nec humanis,nec diuinis teneri legibus , atq; hic ſermonem abrumperet,is incaute doceret addenda eſt huic παραδόξῳ dogmati correctio,uidelicet, piũ quod ad iuſtificationem attinet,liberum eſſe ab omnibus legibus.Sed non quod ad nouam obedientiam pertinet. In certaminibus conſcientie & terroribus ſpiritualibus pariter & peccata & bona opera negligamus,atq; ex conſpectu noſtro remoueamus, uel [illegible] [illegible] [illegible] bene [illegible] opere. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] cogitationes [illegible] [illegible] [illegible] peccata, & ſtudio [illegible] operandi [illegible] [illegible] id eſt, [illegible] [illegible] & [illegible].

Item, ſi quis de imbecillitate humanae naturae ſeu de impoſſibilitate legis concionetur dicens, Homo non poteſt [illegible] peccet, Wir müſſen ſündigen, etiam tum, cum optima & praeclariſſima faciens opera peccat, Sicut [illegible] Eccleſia. Es iſt nit [illegible] thun [illegible] / auch in dem beſten leben / Irritae & impurae ſunt omnes noſtrae uitae actiones, etiam [illegible] & integerrime [illegible]. Item uniuerſa iuſtitia noſtra [illegible] [illegible] tanquam pannus [illegible]. Non eſt igitur quod quiſquam de ſtudio bene operandi ſollicitus ſit. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] gen in dieſem leben / das er nicht ſündige / [illegible] in hac uita ad [illegible] perfectionem peruenie[illegible], ſed non multiplic[illegible] errores [illegible] & peccat. Haec oratio [illegible] & [illegible] gratia ſit [illegible] [illegible], tamen niſi addatur correctio [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quiſq; ad [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] de imbecillitate humanae naturae, ſeu legis impoſſibilitate concionetur, [illegible], Natura ſi ingens ſit imbecillitas humanae naturae & potentia Diaboli [illegible], [illegible] ſe [illegible], quia multis uitiis [illegible] [illegible]tur.

tur & [illegible] uariæ flammæ cupiditatum contra legem Dei, nihilominus tamen conatus in eo debet [illegible] reſiſtat huic imbecillitati carnis et tentationibus diaboli uerbo Dei, fide & inuocatione & [illegible] animi & corporis uiribus connitatur ut indies creſcant & firmior fiat, hoc eſt, ut interior homo magis magisq́; indies proficiat & exterior deficiat &c.

Tertia uirtus Concionatoris eſt, Modeſtia hoc eſt, ut primum non plus, quam oportet, ſapiat, ἵνα μὴ ὑπερφρονῇ παρ' ὃ δεῖ φρονεῖν, ne plus ſibi ſumat & arroget, quam uocatio & menſura doni ſui poſtulat.

Deinde ut maioribus natu doctoribus, etiamſi ingenio, eruditione illis antecellat, tamen propter gloriam Dei cedat, ſeq́; de iiſdem admoneri ac regi patiatur & iudicium de ſe ſuaq́; doctrina illis permittat, denique prorſus ſe longe infra illos abiiciat.

Hæc de modo & ratione concionandi pro mediocritate ingenij & doni mei tradere non doctis, ſed [illegible] concionatoribus uolui, neq́; propoſitum meum id fuit, ut abſolutam quandam rationem concionandi traderem, ſed tantum ut ſacræ Theologiæ candidatos admonerem, quo conſilio & ſtudio ſummorum Doctorum Eccleſiæ ſcripta legerent eorumq́; uirtutes in concionando imitarentur.

Τέλος. Τῷ μόνῳ σοφῷ καὶ ἀθανάτῳ
θεῷ δόξα.